B.K. 1670
2

564 B. K. Rkps. 1670/1

he
7332
Haase

Lehrerbibliothek
des Waldenburger Gymnasiums.
SEMINARIUM
FILOLOGICZNEGO U. W.
№ 403
III 204
Geschenk des Herrn H. Hayn.

Omnis sermo quo voluntas aliqua enuntiatur habeat
in se necesse est res et verba: In rebus sunt quæ-
stiones aut facti aut nominis aut iuris, ut
cum querimus factum ne sit aliquid, ut inter-
fecerit ayacem ulixes nec ne; Et si factum
esse constat quo nomine appelletur, ut sacrilegium
ne sit privatam pecuniam de templo subripu-
isse; Et si de facto et nomine constat iure ne
an iniuria commissum sit ut iure ne my-
lo clodium occiderit: In verbis vero est aut
contrarium aliquid puta si pars parti aut in-
tegrum integro scripto repugnat ut in le-
gibus Mas templum cereris non intret, et
Filij opem parentibus ferant aut vinciantur:
Cum vapulanti matri in templo cereris quidam
opem tulisset; Aut aliter significare dicuntur
ac voluerit ille qui enuntiavit, et differre dicitur
sententia a scripto ut in peregrino qui murum
civitatis ascenderat hostemque deturbaverat
cum lex esset, peregrinus civitatis murum non ascendat

Philippi Callimachi Rhetorica
Rkps. 1670/1
122 K.
Bibliothek des Gymnasiums
Stadtbibl. Gymnasium Waldenburg

Aut Ambiguum in se continet in uno aut plu-
ribus vocabulis ut In testamento illius q scripserat,
heres mihi statuam auream hastam tenentem
ponat: cum id auream alij ad statuam, heres ad
hastam referret: Aut ex illis simile aliquid
raciocinando colligitur ut si inferatur eam-
dem penam manere matricidam Ex lege
que patricidam insui iubet in culleum: Aut
si colligat a maiori, Licuit exulem deprehen-
sum intra fines verberare quem licebat
occidere; Aut a contrario Si vir fortis
meretur premium, Desertor penam, Aut
a consequenti, ut si Tyrannicide premium petat
qui Tyranno dominationem deponere
persuasit.

Questio est omnis Inquisitio de qua in utramque partem
vel in plures dici credibiliter potest: Questionum duo
sunt genera, finitum et infinitum. In hoc est
questio absoluta sine interpositione temporum

aut personarum ut ducenda ne sit uxor appel-
laturque propositum; In illo vero est circumstantiis
implicita questio ut ducenda ne sit uxor ca-
toni: Ceterum cum finitas tantum questio-
nes idest causas ad oratorem pertinere sint arbitra-
ti, Sciendum est quod in omnibus finitis discutien-
da est prius questio infinita; Non enim poterit
deliberare Cato an sibi ducenda sit uxor
nisi constiterit ducendas esse uxores, Nec po-
terit Mylo dicere iure a se insidiatorem Clodi-
um interfectum nisi constiterit ius esse insidia-
torem necandi:

Circumstantie quibus cause continentur sunt septem Quis, Quid,
Cur, Quando, Ubi, Quomodo, Quibus: Ut enim factum
aliquid constet necesse est quod sit quis fecerit, Tempus
quoque et locus in quo fecerit, Modus denique et fa-
cultas faciendi subsistat:

Quis Circumstantia persone assignatur; Persona est que in
iudicium vocatur, cuiusque dictum aliquid factumve
improbatur aut laudatur; Attribuuntur autem
persone, Nomen, Natura, Fortuna, Victus, Affectio,

studium, Consilium, habitus, facta, casus, oratio:-

Nomen est qd' unicuiq; persone tribuitur, et quo suo queq; res vocabulo proprio ac certo appellatur:.

Fortune est conditio liber an servus, pecuniosus an pauper, nobilis ignobilis, felix infelix, privatus in potestate, quales liberi, Mortis genus si de ea agitur, quis fuerit futurusve:

Nature sunt sexus, etas, civitas, natio, maiores, consanguinei, Corpus, Animus, Ad corpus pertinet forma, agilitas, candor Ceteraq; id genus et contraria: Ad animum refertur officiosus, memor, comis, prudens, patiens, ceteraq; id genus et contraria:-

Victus est quemadmodum, apud quem, a, quibus, quo in loco educatus, eruditusve fuerit, quibuscum, quarationem, quo more domestico vivat, quos amicos habeat, questum, artificium:

Affectio est animi aut corporis ex tempore aliquo ex causa commotio, Eius sunt amor, Egritudo, Iracundia, Letitia, Cupiditas, molestia, Gaudium, metus, et id genus cetera in animo: In corpore fames, sitis, morbus, Cruciatus, Calor, frigus, et id genus omnia:-

Studium est vehemens ad aliquam rem magna cum volun-
tate occupatio ut phya, poetica, Geometria,
litteratura, et similia:

Consilium est aliquid faciendi, non faciendi ue excogitata
ratio, discursu totius negotij consumatur:

Habitus est animi aut corporis constans et absoluta ali-
qua in re perfectio, aut virtutis aut artis alicu-
ius perceptio; In corpore vero aliqua commoditas non natu-
ra data sed studio et industria parta, ut virtus, scientia,
saltatio, gladiatura:-

Facta, casus, oratio In tria tempora distribuuntur, quid
fecerit, faciat, facturusue sit; quid ipsi acciderit
accidat, eueniturum ue sit; quid dixerit, dicat, dicturusue sit:

Cur circumstantia causam constituit propter quam factum sit ali-
quid; Ea partes duas habet. Impulsionem Ratio-
cinationem; Impulsio sine cogitatione per quan-
dam animi affectionem facere aliquid hortatur; In ea
sunt animi perturbationes quas generales locos appella-
mus ira, odium, misericordia, liuor, metus,
spes, letitia, et circumstantie, hec erunt augen-
da verbis et sententijs, Maxime animi commotio iracundia

Impulsio

Raciocinatio

Exempla adhibenda, q̃ta vis amoris, q̃ta per-
turbatio metus: Raciocinatio est diligens
et cõsiderata faciendi aut nõ faciendi aliq̃d
cogitatio; Ea habet incõmodorũ euitatiõem
cõmodorum acq̃sitiõẽ, Incõmodis sũt bona
aut cõporis aut ãi aut fortune; hec augenda
erũt vt idonea peccandi cã fuisse videantur;
Id locus, occasio, Tempus efficiet, Nec veritas
solum sz opinio, nã et si nõ fuerit satis est
credidisse; Fallitur aũt opinio aut veritate
aut euentu, vt cũ bona mala creduntur vl
contra; Aut cũ est alius rei euentus; falli-
tur aũt euentus similitudine, suspitiõe, de-
monstratiõe falsa deceptus: vt cuius arbitra-
tus heredem occidit; Spes assequẽdi cõmoi
fugiendi incõmodi, Celandi perficiendi augenda,
si amici cã, si vlciscendi inimici, si metus
si glẽ si pecunie si maioris cõmoi, minoris incõmoi:-
Quid cũ negotio continetur et quatripartito cõside-
ratur, videlz i sũma facti vt parentis occisio;
hinc maxĩ sũmitur amplificatio; An factus

ut conatus rapuit gladium; Dum fit ut vehe-
menter percussit, post factum ut in abdito sepelliuit;
Sequuntur autem gestum negotium nomen ipsius, inuen-
tores, complices, accusatores, lex, consuetudo ac-
tio, iudicium, scientia, artificium rei ipsius, frequens
ne an rara, opinio, que in negotio honesta que utilia:

Quando habet tempus et occasionem. Tempus est pars quedam
eternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni,
nocturnive spatij certa dimensione: Occasio
est pars temporis habens in se idoneam facien-
di aut non faciendi aliquid opportunitatem; Diffe-
runt autem inter se quamuis genere utrumque esse idem in-
telligatur quod in tempore quodammodo spati-
um declaratur quod in annis aut in anno aut in
aliqua parte anni spectatur; In occasio-
ne ad spatium temporis faciendi quedam
opportunitas intelligitur adiuncta, et sic par-
te quadam et specie fit aliud ab illo; Igitur tempo- tempus
ris sunt annus, mensis, dies, nox, vigilia, hora,
spatium, que instant, que fiunt, quid otius quid
serius fiat: Occasio habet primum: commune: priuatum: occasio

publicum festus dies bellum quod civitas tota frequen-
tat; Coe messis, vindemia, calor, frigus quod acci-
dit omnibus eodem tempore; privatum nuptie, sacri-
ficium, funus, convivium quod aliquando cum privatim accidit alicui ::

Ubi locum significat attenditur autem locus opportunita-
te ad rem, natura, conditione; In opportunitate est
magnitudo, intervallum, longinquitas, propinqui-
tas, solitudo, celebritas, In natura, planus, mon-
tanus, palustris, saxosus, angustus, acclivis, procli-
vis, altus, aridus, frigidus, calidus, tempera-
tus, sanus, insanus, morbosus; In conditione primus an
privatus, sacer an profanus, alienus an ipsius ::

Quomodo modum explicat, ut quemadmodum et quo animo
factum sit aliquid, Eius partes sunt prudentia im-
prudentia; Prudentia clam, palam, vi, per-
suasione perficit; Imprudentia confertur in pur-
gationem que habet inscitiam, casum, necessitatem
affectiones animi ::

Quibus facultates designat, sunt autem facultates quibus
aliquid facilius fit, aut sine quibus confici non potest ::

Cause que circumstantijs continentur versantur in Rebus aut
dubijs aut certis, Certa vt cuiq; est animus laudat aut
vituperat proposita sibi honestate aut turpitudine, voca-
turq; laudantis aut vituperantis oratio demonstrativa
propterea quod quale sit hominum aliquid demonstrat; Dubia
partim electioni nostre libera sunt partim aliorum sen-
tentie commissa, De his que electioni nostre subsunt
proposita utilitate consultamus, Tuncq; suadentis
aut dissuadentis oratio deliberativa nominatur, ex eo quod
de assequenda utilitate aut fugiendo damno deliberatur:
In his de quibus aliorum sententia expectanda est lite con-
tendimus proposita nobis equitate, et quia tota vis
orationis circa ius versatur oratio iuridicialis appella-
tur; Ex qua distinctione colligitur Tria esse genera
causarum demonstrativum, deliberativum, iudiciale; Nec
plura esse posse inde et patet quod causa aut in iudicio aut
extra versatur Si in iudicio certum est genus et nomen;
Si extra aut agitur de preteritis aut de futuris; preterita
aut laudamus aut vituperamus, De futuris deliberamus:
Ceterum cum materia que ad iudiciale genus spectat

sit diuisione multiplex cognitu vo difficillima i primis absoluenda videtur; Cognito enim hoc caro gne reliqua haud sane difficulter percipiuntur:

Omnis res que i disceptationem venit aut negatur aut conceditur, Si negatur vt cum obijcitur Interfecisti Ayacem vlixes respondeturque non Interfeci, et queritur interfecerit nec ne constitutio controuersie coniecturalis est; Sic dicta a coniectu idest directione quadam rationis ad veritatem vnde etiam Sonniorum atque omnium interpetres coniectores vocamus: Si concedimus aut id quod obijcitur perfectum est aut imperfectum, Si imperfectum est In diffinitione consistet controuersia; cum enim Rei que affertur aliquid deficiat quo perfecte ac palam Intentionem accusatoris complectatur, non hoc est id quod ille intendit nomen diffiniendo contendimus, vnde constitutio ipsa nominatur; Substulit quidam priuatas pecunias de templo ac sacrilegij arguitur, Si pecunias quoque sacras dices res est absoluta nec habet controuersiam; Sed cum ad perfectum Sacrilegium id desit diffiniendum erit quid sit sacrilegium et an i priuatis pecuniis committi possit; In re perfecta cum

coniecturalis

diffinitiua

et de facto et nomine conuenit queriturque de qualita- Iuridicialis
te ac genere negotij si equum si bonum si more si-
lege factum constitutio generalis appellatur ut cum queritur
iure ne clodius sit occisus quem Mylo fateatur in-
terfecisse: Cum autem de facto de nomine atque et quali-
tate rei conuenit nihil remorari iudicium potest nisi Translatio
actio transferatur Ideoque nonnulli quartam constitu-
tionem translationis addidere, que in eo tantummodo differt
a generali quod illa rem ista actionem discutit et qualis
sit querit; ut cum disceptatur ius ne sit eo tempore
eo modo eo iudice agi aut aliud quippiam de commuta-
tione iudicij affertur; ceterum cum constitutionis proprium
sit iudicium constituere unde et nomen accepit nonnulli Trans-
lationem a constitutionibus seiunxere et prescriptionem no-
minauere, quandoquidem iudicium non constituit sed euertit:
Itaque constitutiones principales ad quas cetere omnes referuntur tres
sunt Coniecturalis, diffinitiua, qualitatis; que licet
ex intentione obijcientis et repulsione defendentis emer-
gant unius tamen aut plurium circumstantiarum vi consistunt:
Nihil enim per se affert iniuditium facti alicuius obiectio
aut Repulsio nisi tum hanc tum illam circumstantie

probabilem reddant; Et proinde sciendum est quod licet
omnes circumstantie tractande sint in causis tamen una est
semper precipua que aut defensionem aut accusationem sustinet
et causam consistere facit Tam in coniectura quam et in diffinitione
et qualitate: Nam Translationem si modo inter constitutiones
habenda est a circumstantiis pendere nemo ambigit; Cum
igitur tota vis orationis ad eam questionem converti oportet
que ex constitutione oritur, Constitutio vero ab aliqua
circumstantiarum substineatur In primis considerandum est
diligenter per quam potissimum circumstantiam causa con-
sistat ut ad eam totius actionis nostre rationem accommodare
possimus sive accusemus sive defendamus ut in exemplo,
ulixes visus est reverti ex ea solitudine in qua paulo post
Ayax inimicus ipsius inventus est necatus, Intenditur
contra eum Interfecisti Ayacem ulixes, Respondet non interfeci,
queritur an interfecerit, ut hec causa consistat ratio persone
facit quia inimicus, nam si hoc tollatur Contra ulixem
vix dici quicquam potest quod venire in controversiam aut
ad iudicem deferri debeat; Ex Re coniectura con-
sistit cum dicitur non debui tibi pecuniam nunquam me-

in qua circumstantiarum causa consistat.

ex re coniectura

appellasti usuram nō accepisti ultro a me mu-
tuatus es, facit enim res hoc est pecunia neglecta
diu a creditore ut negatio vim hēat persuasionis:
A. Causa cū quedam utilitas ex cede hōis ad ali- a causa
quem veniebat; Ex loco uō ac modo et tempo-
ris cōmoditate cōstare cōiecturā facile patet:
Diffinitio et Circūstantiis initiatur 3o mō, A. per- a psōa diffinitio
sona Cōcesso qd nominatim i scena quempiam
appellare iniuriarum sit actio cōpellare magi-
stratū erit actio maiestatis: A. Re aufere-
bat Dyonisius poma et coronas aureas quas
simulacra deorum manibus pōrectis qī offe-
rebāt dicebat se accipē nō rapē: A. causa
bonis diis oblatas patras ex templis ille idem
capiebat, qm uti bonitate deorum oportēt; A. loco
privatam pecuniam subripuisti sz quia de templo
sacrilegium est; A tempore Nocturnū furē liceat
occidere quoquo mō diurnū si se defenderit quidam
i vespertino crepusculo deprehensum ac minime se
defendentem occidit; A. mō nō ēē adulteram

[illegible] a circumstantiis

Lucretiam vi ac dolo subactam: Qualitatis denique constitutio circumstantias spectat hoc modo; C. Flaminius per seditionem legem agrariam ferebat hunc pr contionem plebis habentem de templo eduxit: Accersitur ut sic; Licuit quia pr: A. Re qua res urgebat ut in eo qui impedimenta tradidit exercitum eduxit: A. Causa quia frumentum mortem negligebat, victoriam populi romani egre ferebat: A. Lucolex atheniis violator decem Thalenta deponat; Ap. Lacedemonias capite plectatur; Lacedemonius Atheniis ingenuam vitiavit Reversus in Lacedemoniam Capitis accersitur; A. Tempore Nocte domi tumultuantem magistratus proscripsit condidit: A. modo Ense irruentem occidi: Ceterum cum

genus multiplex defendendi

obiiciendi factum una sit ratio Defendendi ius multiplex est et varium, Nam pr id quod negare licet tum factum tum nomen, Immiscemus aliquando coniecture qualitatem cum dicimus non feci et si feci iure feci: Cuius defensionis principalis status in eo est quod dicetur si plus quam unum dicere non licet: Sed neque qualitate utimur semper eodem modo, Non enim ubique quod negare non possumus iure factum simpliciter defendimus

ut si Mylo iure a se clodium cesum asseueraret; sed aut
in alium transferetur crimen, aut a se remouetur
aut comparatur aut excusatur; ac pro varietate
respondendi aliis atque aliis locis causam nostram tuemur
et obiectionem impugnamus aduersarii hoc modo: Lex ve- d' remotione
tat noctu ciuitatis portas aperiri; Trecenti captiui
nocte ab hoste ad portas venerunt, Imperator non aperuit
illi ab insequentibus hostibus trucidati sunt, Accusatur
post victoriam imperator lese rei p: Licet ei Remo-
uere a se crimen in legem; Tum comparare ac sa-
nius fuisse dicere sic eos perire quam una cum ipsis inse-
quentes quoque hostes in ciuitatem admittere; Transferet et
crimen si asseueraret merito id sibi accidisse quod ita pugnas-
sent ut viui capi potuissent: Confugiet ad excusatio-
nem si dixerit ignorasse se eos sic perituros, Excu-
sat autem crimen ignorantia, casus, necessitas, error,
et similia; Licet autem per omnia genera defensionis uni ob-
iectioni occurrere dummodo ante omnia consideremus que sit fir-
missima defensio et in qua plurimum sit nobis pre-
sidii eamque in primo loco ponamus et maxime illi inni-
tamur, Reliquas autem adducamus veluti probationes
et adminicula illius a qua causa dependet.

ut in precedenti exemplo validissima est Remotio
criminis in legem quam si tollas reliquae defensio-
nes infirme erunt; has varietates defendendi cri-
minis quidam constitutiones dixerunt easque assumptiones
iuridiciarias nominaverunt; sed cum omnes ut premonstra-
tum est contineantur iuridiciali absoluta et non
per se causam constituant sed ad illam probandam accedant,
haud sane oportet separatim constitutiones appellare;
quidem proderit horatio transferre crimen in
sororem ac merito passam dicere quod fratrum mor-
tem contempnebat hostis lugebat, quod victoriam
.p. r. moleste ferebat nisi ius esset aliquem ob causam
aliquem hominem interficere; itaque rationes ille non principaliter
constituunt controversiam, nam ex eo consistit quod ius est
aliquem hominem occidere, sed probant id fuisse tempus
eam fuisse causam propter quam potuit necari impune;
Constitutiones vero et cause non ab eo quod probat sed ab
eo quod probatur denominari certum est: Ceterum
non in iuridicialibus solum his rationibus defensionumque
adminiculis utimur sed coniecturis quoque eodem modo
occurrimus ut cum res relicta velut signum malefitii

in coniecturali per assumptiones

cōn nos affertur. negationi addimus translationē
qd ab alio ad nos infamandū illata sit; Remoue-
tur et coniectura ut Tyrānidis accersitus ab affec-
tione qd sepius arcem intuens lachrimas fundet
Si cām lachrimarum in aliud reijciens dixit
qd memoria incomodorū quibus p Tyrānum ciuitas
afficitur ab ipo lachrimas excutiat: Accedunt et in diffinitionē p assumptiones
diffinitionibus eiusmodi assumptiones ut cū p Racio-
cinationē colligimus eadem pena plectendos esse
contemptores sacrorū et violatores imaginū deorū
hoc modo ut violatis imaginibus deorū profanus es-
ses sic qa sacra contempsisti scelestus es et a tem-
plo eijciendus; Aut cū comparatiue affertur Ma-
ius ac diuinius sine cede sine sanguine sine ar-
mis q̄ per tumultū et cedem rem p. liberare: Aut
et i Remotionē prolabimur ut cū Demostenes le-
gatus ab athenien ad phylippum timore pstrictus
commissa sibi eloq nō potuit; Accusatus deinde timi-
ditatis post Timoris diffinitionē Eschinē prope
stantē ac se deridentem silentij cām fuisse dicit;
Oēs pterea questiones Ille que aut in vbis aut

[illegible] questiones que in verbis continentur. constitutionibus continentur.

scriptum et sententia

qui verbis aut in scripto versantur aut coniectura aut
diffinitione aut qualitate continentur; nec aliter
quam per tres istas constitutiones tractari possunt aut ab-
solui: Scriptum enim et sententia ut in peregrino qui murum civi-
tatis ascendit sine dubio coniectura et qualitate
continetur. Cum queratur quid eo tempore eo loco eo rerum
statu Lator legis potissimum voluerit aut iure velle
debuerit; Contrariarum legum ut in eo qui vapulan-
ti mori in templo cereris opem tulit eadem ratio est et
tractatio; Ambiguum ut in eo qui Thaurum legavit quo
nomine pretiosum habebat servum, coniectura explicat;
Raciocinatio denique qualitate consistit, quicquid enim
per Raciocinationem collegeris equo, bono, more com-
probatur. Ceterum cum coniectura in sententia et scripto
maxime efficax videatur. Sciendum est quod qui volun-
tate ac sententia scriptoris se defendit ad omnes iuriditia-
rie partes confugere potest; Licet enim excusare se
per imprudentiam, casum, necessitatem; preterea re-
movere, a se crimen aut transferre aut comparare,
Itaque diligenter considerandum est aboratore in quam

defensionem causam deriuet, Cum peregrinus possit non so-
lum allegare imprudentiam tamquam legis ignarus
Sed necessitatem et vel casum aliquem verum aut ve-
risimilem: Tum Remotione criminis aut Trans-
latione aut comparatione uti prout ascendendi mu-
ri causa fuerit aut fuisse videri potest; Neque enim ratio se
tuendi per sententiam scriptoris nisi confugiatur ad ali-
quam assumptionem iuriditiariam, Sed nec illarum aliqua
sine sententia et scripto explicari potest: Cum pro actore
scriptum sit quo puniendum esse quempiam arguit
pro sit semper sententia qua se tueatur; Scripti con-
versias in diffinitionem delabi exemplo patet ut si quis
veneno Tyrannum necasset et Tyrannicide premium
peteret, Diffinire enim oporteret quis Tyrannicida,
et quid Tyrannicidium: Sciendum preterea causas alias genus multiplex causarum
simplices alias duplices alias multiplices inveniri,
Simplex est causa in qua unum quod tota actione disquiritur,
ut clodium iure ne Mylo necaverit, ea unico statu
continetur; Nam illud quod per iudicationem posteriore
Loco discutitur uter utri insidias fecerit

nō est singulare sz iunctum ex duplici coniec-
tura, incidens aut questio genus cause facere
non pōt; sz et in simplici cā possūt plures status
ēē qui nascuntur dum argta vl scripta refutando
i plures cā diducitur questiones, que tamen
veluti subiacentes ad illam unam que iudiciū
continet et ex qua principalis status nascitur
referuntur: In duplicibus cāis status qz duplex
erit; fit aut duplex causa aut ex rebus aut
ex collatione ex rebus ut pro celio de auro et de
veneno; collatione ut pro sex: Roscio filius
ne prem an inimici iugulauerint; Multi-
plex ex pluribus questionibus causa constat
ut Repetundarum omnes verrine, et pro
Scauro de Bostaris nece, et de Arinis uxo-
re et de decimis exquiritur; Cum aut
dictum sit et intentione ac depulsione statū
velut emergere et p aliquā circūstantiarum
subsistere Actoris est factū intēdere, ut

Quid debeat actor intendere

aut ex negatione defendentis colligat coniectu-
ram, aut ex confexione cum licuisse aut opor-
tuisse dicit ad qualitatem se convertat hoc est ad
iuris et iniurie disceptationem; Cum intendi-
tur nomen diffinitio est in causa quia depulsio nomen
facti diffiniet; Sed nec satis aliquando status
apparet, nam cum depulsio dicit non feci ho-
micidium non plane intelligis si nullum fe-
cisse dicat an quia Tyrannum interficere non est
homicidium; Ac proinde semper intendendum
est factum ut aut ex negatione habens coniectu-
ram aut ex confexione cum licuisse aut opor-
tuisse dicit intelligas qualitatem aut ex con-
cessione facti et exclusione nominis colligatur
finis: Non est preterea intendendum auditoris
officium ut puniendus es quia nullus erit status
aut questio refellente illo puniendus non sum;
Sed puniendus es hominem occidisti non occidi an
occiderit; Ceterum nec a lege aut scriptura
sumenda est intentio ut si dicam, lex ce-

murū vetabat ascendere peregrinū; sz murū
ascendisti ut cōtra legem fecisse videatur si factū
confitebr̄: Ad defensorem ꝑtinet cognita
obiectione cū varie sint rōes cuiusq; crimīs
defendendi firmissima opponē, et eū statū
cāe facere quem cōmodissime tueri possit:
est aūt ex oībus statibus translatio ad defen-
dendum fōtior, nihil enim efficacius dici pōt
q̄ rem ad se nō ꝑtinere nō ad actorē nō ad
iudices nō eo tempore eo loco eo mō agendū:
Qd si eūtere actiōē nō licuerit cōiecturam in-
ter defensiones tutius est occupare, quia in
crimīb; oīs negatio cōcessione securior. At
si manifesta res erit ad eam defensionem
cōfugiemus que absolute iure suo constat
tutissima eā hōestaq; iuris defensio: proxa
huic est removēre culpam a se quā iure defen
dere nō possis; Qd si neq; defendendi neq; remo-
vendi color est ad comparatiōē cōfugiemus
que culpe secutā rā utilitatem opponit; Rela-
tio infirmior est remotiōe ac cōparatiōe

Que ꝑtinent ad defensorem

Et negandū ē factum aut nomen

tutius est enim culpa vacare quod remotionis est
aut maiorem aut equalem utilitatem culpe op-
ponere quod pertinet ad comparationem quam criminibus
alienis incitatum se aliquid commisisse in eos merito
asseverare quin quidem culpe imitatio non est innocen-
tia: Postrema et infirmior omnium defensio est
excusatio ad quam tum demum confugere oportet
cum cetere omnes desunt; Innititur enim tota iudicum
clementie cum per se umbram potius iuris quam ius ali-
quod afferat. In controversiis autem que in scripto
sunt firmissima est defensio cum scripto scriptum
obiicimus; In secundo loco est oppositio sententie
scripto; que si desunt ad raciocinationem
nos convertemus; et hoc quoque genere sublato in ambi-
guum aut totum aut partem scripti trahemus
quod defensionis genus ut postremo occupandum
cum cetera desunt ita infirmius. Hec sunt
que tam ab actore quam a defensore servanda sunt
in causis que consistunt idest que in iudicium venire
possunt; Multe enim sunt cause que non consistunt
neque ab oratore sunt suscipiende. Quarum

Cause que non consistunt

nomina et exempla notare attinet ut quas causas
suscipere possimus facile cognoscamus: Unicum
vocant Rhethores nec consistit quod ex altera parte
tantum habet de quo cum assensione auditorum eloqui
possimus ut pote si pater abdicaret filium ex eo
quod philosophie operam daret ille contradiceret, multa enim
et magna pro filio dici possent pro patre vix
quicquam allegari: Equabile dicitur cum paria
inter se afferuntur, puta duo pauperes et multo
ere alieno gravati noctu se in templo inveniunt
ex inde accusant se invicem sacrilegii; hic quicquid ex
altera parte dixeris pro altera valebit atque ideo causa
non consistit: Convertibile appellatur cum actio tota
ita convertitur ut accusator rei et reus accu-
satoris utatur rationibus hoc modo: Exigebat quidam
pecuniam ab amico cum fenore ut creditam
ille sine fenore offerebat quasi depositam, inter moras
iudicii lata lex de novis tabulis, petit postea pe-
cuniam tamquam depositam retinet alter quasi creditam:
Inexplicabile cum id quod proponitur nec solutionem nec finem
iudicii habere potest hoc pacto Docetur alexander per somnum non esse cre-
dendum insomniis et consulit hic quicquid dixeris contra te ipsum dixeris, Item
lex .vii.em iudices de reo cognoscant maioris partis

Sententia

unicum

Equabile

Convertibile

Inexplicabile

sententia sancta sit; Duo quemdam absoluunt
duo pecunia mulctant tres capitis damnat, ra-
pitur ad penam, contradicit: hoc vi legis expli-
cari non poterit: Non verisimile est qd con-
tra opinionem dicitur vt siquis Aristidem in-
iustitie Xenocratem Lenocinij accuset; hoc
si caute agitur nō procul abest vt consistat:
Impossibile cum id dicitur qd sit cōtra rerū na-
ture fidem, vt siquis apollinem mentiri dicat
vl infans accusetur adulterij qd cum vxore con-
cubuerit aliena: Turpe vocat qd spurcitie
sua eijcitur hoc mō Locauit quidam vxorem
suam pretio atq; ab eo q̄ conduxit pecuniam in iu-
ditio petit: Sine circumstantia cū aliqd de-
est in questione qd faciat cāz, vt siqs filium
sine cā abdicaret; Differt ab vnico qd illic nō
idonea hic nulla subest ratio; Sine colore
qd cām facti nō affert vt decem milites tem-
pore belli pollices sibi amputauerūt Rei sunt
lese rei p̄ce: Ab vnico differt qd istud in colore

Nō verisimile

Impossibile:

Turpe:

Sine circūstan

Sine Colore:

hoc est i cā facti deficit In unico In altera par-
te Infirma est questio : Impensum est in quo
adeo magnam vim unus h̄t ut alter parum
qd in dicendo valere videatur, ut si Critias
ad Armodij et Aristogitonis statuas cōfugisset
et quidam dicēt inde abstrahendum nō ēē qm̄
et alias hic honos illis statuis attributus sit ut re-
is refugium p̄beant, Parum enī hec orō valet, At
alia pars dicet Armodium et Aristogitonem sta-
tuis decoratos qm̄ tyrannorū interfectores fuissent
qua ex re tanta dicendi copia fluet ut nullo
pacto dubitandum sit quin abstrahendus vide-
atur, Male enim tyrannus eorū se defendit ho-
nore qui solo tyrannicidio deorū honores habue-
runt : Erraticum aut in controversiam adduc
p̄sonas mortuas ut si quis nunc Brutum cedis ac-
cuset, Aut que sūt cōtra hystorie fidem asseverat :
ut si quis .es. Antoniū appellaret qd in cōsulatu
suo de indemnatis civibus supplicium sup̄sisset
cū id Tullium fecisse sciamus : Qui modus in o

circumstantia inuenitur ut si res aut locus aut
tempus aut modus aliter dicatur quam in hystoriis
constat: Preiudicatum dicitur quod iudicio omnium
antequam de eo fiat sententia preclarissime comprobatur:
hoc modo premebat ciuitatem tyrannus quidam mu-
lier virum docuit qua via ad occidendum Tyran-
num in arcem ascendere posset: occidit ille
tyrannum debitus sibi a re publica honos redditus est:
uxorem deinde accusat adulterii; mirum enim
certe videretur si ii iudices quibus iudicandi potestas
per eam restituta est accusatorem audiri patien-
tur illius per quam res publica liberata est: Tria hec
ultima prope sunt ut consistant Reliqua minime
propter causas predictas: Ex infinitis et nequaquam
consistit causa ut quidam; Requiritur enim ad hoc
ut causa consistat quod afferatur in iudicium certa
persona ut Catilina Cetregus; Aut nomen ad
aliquid dictum ut pater, filius, uxor: Aut nomen
legibus notatum ut adulter, prodigus; Aut nomen

preiudicatum

Que requiruntur ad consistat

a legibus solutum ut invidus, avarus: Aut duo
appellativa ut iuvenis dives: Senex luxuriosus;
Aut affectio aut operatio quedam ut adolescens mu-
liebriter indutus; Aut appellativum aliquod ut
orator, phylosophus: Sed tamen maxime habet dicendi
copiam orator cum persona affertur certa: Sed
Res quoque certa causam constituit ut cum Argui-
tur Milo interfecisse clodium, id quod patet: Item
crimen aliorum si plane in nos redundat ut in Fabi-
um cuius agris hannibal pepercerat; Consti-
tuitur preterea ex utrisque videlicet ex eo quod nos
fecerimus et quod ab alio sit factum: ut quidam
visus alicui sicario numerare pecuniam a quo paulo post
homo sit interfectus;

De Iudicatione inve-
nienda:

Secundum Statum inveniri oportere Iudicationem
putant, Que ex ratione ac firmamento nascitur
veluti Status ex intentione ac depulsione: Ratio
est que continet defensionem et immediate depul-
sioni subiungitur, preterquam in coniecturis in quibus
cum factum negetur non attinet afferre negationis
rationem, eademque est in illis questio et iudicatio

coniecturis eadem quo et
iudicatio

vt interfecisti hominem nō interfeci an interfecerit; Sz in his in quibus conceditur factum adducenda est ratio per quam id q̄ concedimus defendamus; aliter causa non subsisteret; vt cum intenditur interfecisti matrem horestes Respondeatq; interfeci nisi addatur Ratio pena remanere nō potuit, et proinde subiungitur Iure feci Illa enim patrem meum occiderat. Firmamentum contra rationem afferitur in eadem statu et accusationem continet; Cum enim allegauit horestes rationem interfecte matris q̄ illa patrem ipsius interfecerat opponitur rationi firmamentum hoc modo Sz nō ideo abste filio indamnatum matrem occidi oportuit; Ex conflictatione igitur rationis et firmamenti nascitur iudicium quod precedentis causa est Cum mater horestis patrem eius occiderit iure ne a filio indamnata mater occisa sit: Hec in diffinitionibus causis nō in paucis verbis vt in superiori exemplo aperitur; Sz vt quam

Ratio.

Firmamentum

Iudicium.

maxime volumus appareat summa iuditij multa plerumque et
confirmanda et confutanda sunt; Puta quando plura
firmamenta rationi opponuntur Ex quibus emer-
gant status accessorij; Nam quemadmodum ex depul-
sione intentionis principalis cause constitutio nasci-
tur Sic ex firmamentis accessorie Que per membra
sua non aliter quam prima illa et summa ex qua tota
causa dependet absoluuntur ut in Miloniana,
Contra principalem rationem asseuerantis iure cesum
clodium quod ille per insidias Milonem necare
voluisset affertur primum firmamentum At nullo
modo licet hominem occidere; Secundum Sz senatus ce-
dem illam contra rem p: factam decreuit;
Tertium Gn: pompeius iussit ut de cede illa que-
reretur; Quartum at non ille tibi Sz tu insi-
dias illi struxisti; Discussit itaque Cicero per
locos et iudicationes suas prius accessorios tres
status qui ex tribus prioribus firmamentis orie-
bantur, primum scilicet per absolutam iuri-
ditialem, Secundum per Sniam et scriptum; Ter-
tium per ambigui interpretationem cum Intel-

Unde Accessorij status et
[illegible] Incidentes in causis

reseruauit

ligerent aduersarij ut queretur de cede tanquam contra rem p. facta, ipse ut queratur iure ne an iniuria intelligendum demonstrat: Quartum veluti probationem principalis iudicationis que ex relatione criminis emergebat, probato enim quod clodius struxisset insidias sequebatur quod iure cesus: principalis autem iudicatio ea est que a principali constitutione oritur hoc est a priore depulsione unde incipit causa et in quam necessario desinit: Igitur quod ad principalem iudicationem pertinebat ut summam controuersie consistere in eo in quo volebat ostendere sic aperuit: Nunc igitur aliud in iudicium venit nisi uter utri insidias fecerit profecto nihil, quod si hic illi ut ne sit impune si ille huic ut nos scelere soluamur: In causis multiplicibus ad singulos status iudicationes eodem modo sunt accomodande: Ceterum veluti plura firmamenta uni rationi opponuntur, sic unicam depulsionem pluribus rationibus confirmare licet, ex quibus principales status nascuntur

reseruauit

principalis iud

plures rationes depulsu subijciendas:

ut In precedenti exemplo; Liberum est enim dicere
Iure interfeci Salutem namque reip: peperi et crimen
cum beneficio comparare, Item delabi in Relatio-
nem asserendo Sceleratissimum et omni cede dignum
civem occidi et qui mihi insidias preparavit; Est vero
utilissimum quam pluribus rationibus defensionem
nostram confirmare ut ex quam plurimis constitu-
tionibus magnam dicendi copiam nobis prepa-
remus: = Opponitur et tum rationi tum firma-
tio Infirmatio que statum variat, ut si con-
tra dicentem horestem Iure cesam matrem
quod illa patrem ipsius necasset adducat Infir-
mationem adversarius hoc modo At non illa sed
egistus patrem tuum interfecit, Coniecturalis du-
plex emerget ab utro interfectus: Item si con-
asseverantem occidi clodium Sed Iure Insidias
enim struxerat mihi et tyrannicum civem
sceleratumque necavi, Et rem p. quam in pretura
vexaturus erat firmavi, afferantur Infir-
mationes negando quod insidias struxisset et quod
sceleratus tyrannicusque civis esset aut quod rem p:

...matio que statum variat:

foret vexaturus plures orirentur coniecture:
Qui vero rationes eiusmodi concedit causam suam evertit
nisi addat firmamentum. At nullo pacto licet homi-
nem interficere: Differt autem infirmatio a
firmamento quod illa statum mutat hoc confir-
mat: Hec sunt que observanda suadent
in omnibus causis ad inveniendam summam questionem
a qua causa et iudicium dependet: Que licet no-
minibus diversa appareant Re tamen et natura
sunt idem omnia; Nam et id de quo oritur con-
troversia intenditur, et de eo quod intenditur
iudicatur:

Cognito statu et iudicatione cause ad quam omnis — De qualitate causarum
orationis vis convertenda est, Cum oratio
ipsa sex partibus absolvatur videlicet Exordio
Narratione, Divisione, Confirmatione, Confutatio-
ne et Epylogo ut commode omnes tractare pos-
simus presertim exordium per quod iudex prepara-
tur ad cetera cum attentione audienda Conside-
randum est qualis sit causa; Accidit enim
ut aut sit honesta que ab omnibus suscipienda — honesta:
putetur ut pro viro forti contra parricidam

Turpis:

Aut Turpis que ab omnibus oppugnanda videatur
ut pro Parricida contra virum fortem; In qua et
admirabilis continetur que atroci nouitate audi-
toris animum a nobis alienat ut Sex: Tarquinij
defensio contra Lucretiam: Aut Anceps que ex ho-
nesto turpique commixta est ut si filius matrem
defendat in repudio contra patrem: Aut humilis
que negligitur ab auditore et non magnopere atten-
di videtur ut si quis ad Senatum de ornatu mu-
lierum referret: Aut obscura que non nisi
tarde possit intelligi; Nam pro ut causa erit
diuersa ratione ad exordiendum accedamus
oportet; Itaque ut qualitatem cause commode depre-
hendamus Circumstantias diligenter considera-
bimus presertimque Personam et Rem: que pro-
ut erunt causam quoque aut turpitudine aut honestate
afficient; nam humilitatem obscuritatemque
cause a circumstantijs esse nemo dubitat; Igitur
persona honesta controuersiam honestam reddit
Turpis Turpem; Nec tantum Actoris persona
sed rei quoque et Judicis et eorum qui ex causa sunt considerare

Anceps:

humilis:

Obscura:

Turpitudo et cetera in usis:

quam ferro licet

attinet: Ex Re quoque idem colligitur cum aliud
alio sit obscenius aut laudabilius: Causa vero
Locus Tempus modusque per quem factum aliquid
arguitur et plurimum valet ad effectum turpitu-
dinis aut honestatis in controversijs, puta necas-
se adulteram veneno, quam ferro licebat occidere et alio tempore alio loco
aliamque ob causam ut ex eo quod flebat in adulteri
sepultura: Et pro iam cum duo sint genera
exordiorum principium et insinuatio: Prin-
cipium quod statim apertis rationibus auditoris animum
ad audiendum preparat, insinuatio que illud idem
per dissimulationem faciat, Si causa honesta erit
licebit recte uti vel non uti principio, quando audien-
dis honestis satis omnes parati sumus: Si dubia
exordiemur a beniuolentia, ne pars illa tur-
pitudinis nobis obsit in dicendo; Si humilis
faciemus attentam; Si obscura docilem; In
turpi utemur insinuatione: Fit autem be-
niuolentia, docilitas, et Attentio per Res perso-
nis et negotijs attributis; Nemo enim ambigit
cum tria sint genera bonorum Animi scilicet
corporis et fortune Et in animo quidem virtutes

De exordio

Unde fiat beni

cōsistant, In cōpore Robur agilitas pulchritudo et
cetera id genus, In fortuna vō illa q̄ extra nos sūt
qd vl' oīa vl' horū aliqd in aliq° laudando ipsū
nobis cōciliamus vt ap̄ virgilium O, Regina no-
vam cui cōdere Iupiter vrbem Iustitiaq; dedit gen-
tes frenare superbas; Ab illis vō In quibus
hec eadem vituperantur auditoris aūm alienamus
vt In Catilinam Cicero; Catilina hic est qui
deo hominibusq; infestus ire perditum patriam
et cives nititur, qui vt sui animi libidinē exple-
ret relligionis et pietatis īmemor factus est: Con-
tingit et aut officium nostrum laudare qd sine
arrogantia fieri debet, aut cās quare ad dicē-
dum venerimus allegare vt Cicero p. C. Rabirio;
aut īcōmoda nr̄a et īquibus malis vsem ondere
p oēs cōquestiōis locos qd Cicero pro Milone
fecit et ap̄ Ovidium hecuba: Tot gn̄is natisq;
potens nuribusq; viroq; Nunc trahor exul
inops tumulis avulsa meorū penelope munus,
que me datu pensa trahentem, Civibus osten-
dens itacis hec hectoris hec est Magna parens,
hec est dicet p'ameia coniux: Si Iudicis

laus tractanda erit ad nostre cause cōmodum
conuertenda est allegando pro honestis dignita-
tem illi suam, pro humilibus Iustitiam, pro
infelicibus misericordiam, pro lassis Seuerita-
tem; Illos qui extra causa sunt qualiter trac-
tare oporteat Nestor ap̄ homerum docet cum
ait Certe p̄amus atq; eius filij gaudebunt si vos
Agamenon et Achylles contendere intelligent; Nam
ea que grata sunt amicis et ingrata inimicis
facienda sūt, a, cōtrarijs vō abstinendum puta-
mus: Negotiorū q̄o eadem ē rō nā pro vt
sunt honesta magnifica Relligiosa cum virtute
beniuole audiuntur, Contraria vero cū Indigna-
tione; In quibus nō solum rei veritas existimā-
da est verū et qualis auditorum accusatorum
defensorum ac omnium qui aut ī causa aut ex̄
sunt de ipa re qua de agitur sit existimatio: parū
enim refert qualis sit res considerare, nisi qua-
lis de ea opinio sit et Iuditium cognoscatur:

Attentio ex eisdem locis nascitur, nam p̄sone — Vn̄ Attentio:
ordo, dignitas, profexio, etas, conditio, sexus
excitat animum auditoris ad audiendum at-

tente illa que aut p̄ter persuasionem publice
susceptam, aut p̄ter nā̄m et qualitatem alicu-
ius facta ēē asseuerantur; Rei q̄ꝫ nouitas
magnitudo, Insolentia, atrocitas et similia vt
que sunt exemplo maxᵉ nocitura, pertinēt q̄ꝫ
aut ad cerimoniam deorꝫ aut ad remp: maxᵉ
mouēt attentiōem: Cum vō is maxᵉ sit doci-
lis qui attente vult audire sine dubio qui faciet
attentum auditorem fecerit et docilem; presertim
si sūmam ēt cāe breuiter explicabit, qd et doci-
litatis et attentiōis gratia poete oēs vsurpant:
Ceterum cum oīs causa cōtineat aliqd propriū
in se In qd p̄cipue intentum ēē Iudicem volumus
vt Scdum cause nr̄e opōtunitatem ipsum p̄pa-
remus diligenter oēs partes et circūstantie nego-
tij sūt Inspiciende, opōtetq̄ ex illis colligere q̄lem
nobis agnoscentis animū facere expediat Seue-
rum an uitem, Cōcitatū an Remissum, Aduer-
sum gratie an obnoxium; Nam tā illa que
a principijs exigi maxᵉ putāt vt beniuolus vt
docilis vt attentus fiat auditor, quāuis delibāda

Docilitas:

Considerandū qd sit vnicuiq̄ cāe maxᵉ p̄rium:

in exordio sint diligentius in cursu orationis seruan-
tur; facilius enim tunc quam cum omnia inaudita
sunt mihi auditorem beniuolum reddo; Doci-
lem et facio non cum polliceor me demonstratum
sed cum doceo et explano; Attentum denique efficio
non prima denuntiatione sed crebro tota actione men-
tes iudicum excitando ut planum hoc feci iud: Illud
transeo, Nunc attendite; Oportet preterea ora-
torem antequam dicere incipiat presentissimo ingenio
cogitare quis ipse sit, apud quem dicat, pro quo; quo
tempore, quo loco, quo rerum statu, quam vulgi opinione
multa et de iudicibus de accusatoribus de reo, tum
quid desideremus aut deprecemur; Ac tum demum per
aliquam circumstantiarum ad actionem recipi cu-
rare, Licet enim ab omni circumstantia exor-
diri, sed in primis commode illud fit aut a, per-
sona aut, a, Re; Atque aut ex aliquo aut ex plu-
ribus eorum que vel personis vel negotiis sunt attri-
buta elicienda est commodissima exordiendi ratio
per quam cause nostre auditorum animum concilie-
mus et ab aduersariorum commodiente alienemus;

Que considerandum antequam incipiat orator

Ab omni circumstantia licet

Sexus enim etas, conditio, In feminis, Senibus, pupillis, preterea liberorum, parentum, coniugum ceterorumque eiusmodi allegatio multum iudicem inclinat; que ut in prohemiis pretentare attinet ita in peroratione totis affectibus effundere licet; Fortuna etiam tum invisos tum miserabiles reddit ut apud Ciceronem pro L. Sylla et pro P. Quintio utrobique enim a persona exordium ducens ex his qui fortune sunt locis rationem traxit exordiendi, quod et ex ceteris persone attributis facere licet: pro Q. autem ligario exorsus est a re, cuius tam varia est quam persone tractatio; et idem fieri potest a ceteris circumstantiis; Sed neque est possibile neque expedit ad omnes casus exempla afferre, sed positis initiis quibusdam demonstratisque locis inventionis reliqua diligens assequitur meditatio; Unum id notandum ad exordium quatuor partibus constat Expositione, Ratione, Redditione, Comprobatione; Est autem expositio oratio que ab aliquo eorum locorum qui pertinent ad inventionem perfecta aut docilem aut attentum aut benivolum facit auditorem; Ratio est oratio accommodata

Omnes enim ad commendationem et invidiam pertinent. Atque ex iis apud Ovidium Ayax inquit Ante rates agimus tam et mecum confertur ulixes: et Miloni inter cetera obiectum est quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus:

De partibus exordii et de locis ipsarum:

Expositio:

Ratio

expositioni per quam id qd expositum est facile confirmatur; Redditio est brevis complexio eius qd expositione et ratione cōficitur et totius rei aperta propositio; Comprobatio est redditionis causa que quidem rem totam manifestius tangit: hec In iudicialibus controversijs plerūq; pretermittitur aut redditioni coniungitur: Ut aūt res ipa ab exemplo manifestius colligatur, hoc modo quatripartitum absoluemus exordium; Refert qdam ad Senatum post abstractum hannibalem p Scipionem ab Italia, de danda civitate nolanis, ex eo q tempore totius belli cū plereq; civitates ad hannibalem deficerent ipsi In fide permansere; Expositio talis erit; Pertinet ad gratitudinem vrāz. p.c. eos qui in difficillimis huius rei p. temporibus manserūt ī offitio, tantis pmijs afficere, qtis retinendi fuerāt cū omnium sotiorū fides ī maxo periculo salutis libertatisq; pte fluctuabat: Ratio: Nam cum aūt omnia

Redditio:

Cōprobatio:

semper studueritis nequa ciuitas in referen-
da gratia illis qui de re p. sua benemeriti es-
sent vos antecellat, nimirum in hoc genere
benefitij a, tam florentissimis sotijs in vos
et rem p: vrām collato id diligentissime ca-
uere debetis: Redditio, Qn nemini est
dubium cū ap oēs nolanorū digitas tū pp di-
vitias tum pp militare ciuitatis sue robur
ingens sit, omnia maxima daturos vos fu-
isse vt per tam difficilem tempestatem in fide
manerent; Cum si defecissent satis constet vici-
nos oēs populos auctoritatē eorū secutos aut vna
cū illis aut paulo post a, vobis fuisse descituros;
Nc cū fide ac cōstantia sua nō tantū sotios sz
ciuitatem et vestram vobis cōseruauerint;
Eorum benefitio nullam parem grām inue-
nietis nisi asciscamini ipos in eam ciuitatem
quā liberam et īcolumem vobis pstitere: Com-
probatio: Ac proinde, qd virtute vestra
et nolanorū meritis equum ē ipos ciuitate
donare oportet: Qd genus honoris si maiores nri et
cetera: In hoc exemplo expositio, a, locis

nisi ingrati censeri mauultis,

exordij tracta est videlicet a persona audi-
torum Redditq; ipos beniuolos et attentos;
ex omnibus enim que circumstantijs attributa
sunt ducuntur exordiorum expositiones; Ratio
hic a persona mutuata est; Redditio ex
vtrisq; confecta et id quod volumus planius
aperit; Comprobatio redditionis causam affert
fitq; aut ex sententia aut ex euentu aliquo:
Ceterum non solum a persona ducuntur eiusmodi
rationes sed ab vna quaq; circumstantia vt
si ad precedentem expositionem afferre voluero
rationem a Re dicam: Nulla est enim
res que aut bonorum sotiorum animos
magis confirmet, aut eorum qui parum con-
stantes sunt, magis fidem ad constantiam al-
liciat quam premia que cum ratione benemeritis tri-
buuntur: A causa: Nam si propter vnam
atq; alteram mediocrem rem consueuistis ciues
vestros magnis honoribus cumulare, quo tan-
dem animo esse debetis aduersus illos qui perseueran-
do in officio erga rem p. vestram non sotiorum solum
labantem fidem confirmauere, sed ciuitatem

Vn expositiones

Vn Rationes:

Vn Redditiones

Vn comprobatio

ipam vestram vobis liberam atq; incolumē
seruauere: A. Tempore: Nam si ex his q̄
p̄tita sūt facile exempla ad futurorū ratio-
nes accōmodātur, nullius rei maiorē curā
gerere debetis q̄ ut his qui rem p. vr̄ā ser-
vauerint iuuerint auxerint cumulatissima
p̄mia reddita ēē constet; Tam cōstantes
enim futi sūt et ciues vr̄i et sotij ī cōseruan-
da salute et libertate vr̄a in bello qd̄ a. Mi-
tridate īminet q̄ gratos fuisse cōperiemini
adūsus illos q̄ ī punico bello partes vestras
cū sūmo rex suarū discrimine et secuti fue-
rūt et tuenti; A. Loco: In nullam enim
ciuitatem pp̄ ignauiam et lentitudinē que
ex diuturna pace in aīos ciuium irrepsit
magis vmq̄ oportuit exempla et īcitamēta
virtutis inducere: A. modo: Eo namq̄
vno mō nō solum refertur grā beneme-
ritis sotijs sed īcitantur ēt et accendunt
aliorū tū ciuiū tū sotiorū animi ad vir-
tutem beneq̄ dēre p: merēdum: Quibus oībus

rationibus Redditiones comprobationesq; facile
accomodari possent nisi et longum esset et sup-
vacuum cognito enim uno exemplo reliqua per-
cipit imitatio haud difficulter: Ceterum ve-
lut in tradendis preceptis, libere preceptionibus
exempla subiunguntur, Ita in causis que in foro
aut aguntur aut acte sunt difficile est has
partes exordiorum invenire, ubi enim res
vera agitur, Locus, Tempus, Res ac cetere
circumstantie suggerunt quid et quomodo di-
cendum sit, obmissis preceptionibus que in cau-
sis scolasticis et fictis utilissime sunt ad ape-
riendam inventionem et adolescentium
ingenia nutrienda: Insinuationem
Turpes cause desiderant, Itaq; si turpitudo erit
in Re ad personam confugiemus, Si in persona
ad rem; Si in utrisq; aut Rem pro Re aut per-
sonam pro persona ponere licebit, Semperq;
ab eo quod obest ad id quod prosit elabemur, Alle-
gando mores consuetudinesq; civitatum, hysto-
rias, fabulas, persuasionesq; pre susceptas, Sen-
tentias denique et graves ponendo quibus auditor
commoveri possit ut est apud Catilinam Salustij

De Insinuatione

In Insinuatione Cesaris pro p. lentulo et ceteris
q in vinculis custodiebantur: Et ap̄ liuium
fabula illa humanorum membrorū per quā
Menenius Agrippa plebem q̄ secesserat patribus
cōciliauit: Fatigatum auditorem recrea-
bit Carmen, Apologus, fabula, Rumor, hy-
storia, nouitas et deniq; quicq; ad se cognoscendū
allicere pōt humanū animum; Persuasio-
nem susceptam corrūpet in iudice inceptio ora-
tionis nr̄e a firmissima probatiōe aduersarij:
Que omnia pertinent ad insinuationem cuius
est latenter in auditoris aīm obrepere et vel
aduersum iud' nobis cōciliare, vl' fatigatū au-
diendo recreare, vl' susceptam ab eo p̄suasionē
corrūpere: Omnis insolentia verborum
et poetica licentia vitetur in principijs, nō dum
enim recepti sumus et custodit nos recens au-
ditoris attentio; Vitande et sententie et gra-
uitas, et fiducie vbis atq; vultu ostentatio, In
iudiciarijs max̄e odit enim iudex litigantis se-
curitatem; Sique tam̄ sententie ponende erūt
videamur accurate nō callide dicere; Nec ar-
gumentis aut narrationi simile debet ēe p̄hemium

Cū fatigatus auditor:

Cū persuasus:

Que vitanda in exordijs

nec tamen deductum semper et circulatum sed
sepe simplici et inelaborato simile; nec vultu ver-
bisque nimia promittens: Breue simplexque prohemium volunt honeste cause
sed perplexe, suspecteque et infames longius deside-
rant: Supervacuum est si satis sit preparatus
et sine ipso iudex; si res preparatione non egit; si tem-
pora sint angusta; si maior potestas aut utilitas
ab ipsa re cogit incipere: Si premittitur exor-
dium ut non abrupte cadere in narrationem ita non
obscure transcendere est optimum; Si sequitur
longa et perplexa expositio ad causam ipsam prepa-
randus iudex erit Repetam quidem iudices quaeso
ne moleste feratis principiis enim cognitis fa-
cilius extrema intelligetis: Si multiplex cau-
sa erit utique quibusque particulis danda est
prefatio, ut audite nunc reliqua, Transeo
ad illud: In ipsis et probationibus multa fun-
guntur prohemii vice: Id vero debet in fine
prohemii collocari cui quod sequitur possit commo-
dissime iungi: Apparatum vocant exordium
quod sententiarum verborumque nimis luculenta com-
positione splendet; Id velut in iudiciariis propr

Qn supervacuum est

Quid in fine exor.

Vitia exor

suspitionem premeditationis et artificij fugiendum
est Ita in suasorijs utilr adhibetur, prodest enim
consulenti et premeditasse videri et secum prius de-
liberasse: Vulgare appellant qd ad plures cau-
sas pot accomodari: Coe quo tam nobis quam
aduersario licet uti; qd et commutabile dicetur
siqd de sna aut de ordine utiliter per aduersarium
commutabitur; Separatum qd no coheret cause
hoc est no ex causa ductum est; Translatum
proposito no seruit idest auditorem que beni-
uolum causa postulat docilem facit, aut tunc
beniuolum reddit cu ca vult attentum: Contra
precepta qd nihil eorum que sut exordij facit:
hec oia vitiosa sunt et i causis maxime
fugienda: Sz i primis offensum a quo ledunt
Judices puta si ap Cesarem dicendum eet cona
occupatorem rei p: Na cu ipe idem fecisset non
solum i prohemio Sz p totam orationem eiusmoi
crimen Cautissime tractandum eet:.

De narratione:-

NAturale est ut pparato per exordium Judice res
de qua dicturi sumus exponatur, et hoc dicitur
Narratio, Quam quidam arbitrati sunt no eam solum

explicationem

explicationem negotij de quo agitur Sz persone
q̃ ut Fannia nobili Scytharum familia orta
et oriunda dignitate forme ac morum venu-
state ornatissima: Loci etiam ut ad Jerosolimas
castra mouit, urbem arduam situ opera molesq̃
firmauerant, duos colles in immensum editos claude-
bant muri per artem obliqui aut introrsus sinu-
ati: Tum temporis ut graue tempus et forte
annus pestilens erat urbi agrisq̃ nec hominibus
magisq̃ pecori: Causarum denique qua fre-
quentissime utuntur hystorici cum exponunt
vn̄ bellum, seditio, pestilentia: Alias insuper
adijciunt in explicatione preteritorum que frequen-
tissima est; presentium q̃ qualis est Ciceronis de
discursu Grisogoni amicorum postq̃ est nominatus;
Et futurorum que solum vaticinantibus dari pot:
Que omnia digressorio gn̄e narrandi complecti non
ambigo; Cum enim tria sint gn̄a narrationis
Ciuile, digressorium, Remotum, Et quicquid ad
probandum factum adducitur ad nō aut a
negotio aut ab his circumstantijs que implicite sunt
illi fluit totum digressorium existimari opor-

reat, Nimirum quotiens aut criminationis aut
delectationis, aut extenuationis aut similitudinis
aut fidei aut laudis aut apparationis gratia laudan-
do vituperando exortando terrendo deprecando
consulendo, vel personas vel loca vel tempora
vel rerum causas et eventus describimus in digres-
soria oratione versamur ex qua maxime iocunda
et ornata fit oratio, ut est in quarta contra
verrem oratione Sycilie laus, et pro serpine
raptus et pro C. Cornelio popularis illa ignis
pompei virtutum commemoratio: Omnis preterea
amplificatio, Affectusque genus digressus dici potest;
De luxuria de avaritia de relligione de officiis
cum sint argumentis subiecta quia coherent egre-
di non videntur; Sed plurima sunt que rebus non secundum
naturam coherentibus insecuntur quibus iudex reficitur,
admonetur, placatur, rogatur, laudatur;
Licet vero in omnibus partibus orationis cum ratione aliqua
digredi preterquam in exordio et peroratione: Remo-
tum narrationis genus ab oratore vel ob id cognosci
attinet quod in eo versatus facilius et commodius
illa que ad civilem rationem pertinent exponet:

Id aut est in negotijs aut in personis: Nego-
tium tres hēt spēs Fabulam ut Esopi: hystoriam
ut Liuij, Argumentū ut Plauti: Genus positum
in personis eiusmōi debet ēe ut in narratione simul
cū rebus ipsis personarū mores et aī perspici possint
hoc mō Venit ad me sepe clamitans Quid
agis uitio? cur perdis adolescentem? cur amat?
cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
vestitui nimio indulges? ineptus es: nimium
ipse durus preter equum et bonum: Ciuilis
narratio est rei facte aut nō facte utilis ad
persuadendum expositio; Et qa ipsius proprium
est docere debet hrē tria ut dilucida ut bre-
uis ut verisimilis sit quo auditor intelligat
meminerit credat: Luciditatem nar-
rationi affert ordo rerū ac temporū, et si ita
res exponentur ut geste erūt aut prout geri potuis-
se videbuntur, nō preterendo pertinentia nec
impertinentia explicando, et si verbis utemur luci-
dis: Breuis erit narrō, si vn̄ necesse ē sū-
metur initium, et si eius rei cuius est satis sū-
mā dixisse partes non dicentur, Satis ē enī
sepe dicere qd sit factum et nō quēadmodum

factum sit enarrare; et si nō longius q̄ satis sit
prosequemur, et si nō solum que obsunt sed etiam
que indifferentia sunt silebimus et semel vnū-
quodq; dicemus, Nam qui ita narrat, In portum
veni, nauem prospexi, q̄ti vehēt interrogaui,
de p̄tio conueni, conscendi, sublate sūt anchore,
soluimus, horam profecti sumus, nō intelli-
git se multitudinē rerū nō verborū male nar-
rasse, nihil quidem horum dici celerius potest
sz sufficit dicere e, portu nauigaui: Preterea
cōtenti ēē debemus eo p̄ q̄d reliqua intelligūtur
quotiens exitus rei satis ostendit p̄ora: et cū
dicere liceat ē m̄ filius Iuuenis, omnia illa
supervacua sūt cupidus ego liberorū vxorem duxi
et cetera; Sūt tamē quedam narrationes nā
ipa rei longe q̄d cū acciderit, aut de spatio ipsius
aliq̄d detrahemus differendo ad probationes
quos sotios assūpserit, quas cās malefitii hūerit,
aut i earū fine vtem̄ breui aliq̄ epylogo vt
que latius dicta sūt in memoriam redigamus,
q̄d cicero pro ligario ēt in breui narratione

facit; Nam qd initio dixit cū eēt adhuc nul-
la belli suspitio, Ibi repetit adhuc Cesar. q. liga-
rius omni culpa vacat Domo egressus ē nō
mō ad bellum Sz ne ad minimā qdem suspitio-
nem belli; Ad sūmam brevis est narr° qua
nihil plus q̄ oportet dicitur: Verisimilis
erit si p̄us consulemus aūm nostrū ne quid na-
ture dicamus adversum, Deinde si cās et rationes
factis p̄posuerimus nō oībus sed de quibus q̄ritur;
Si personas convenientes his que facta credi volu-
mus constituemus ut reum furti cupidum a-
varum, adulterii libidinosum; Si deniq̄ ad vul-
gi morem et eorū qui audiūt opinionem accō-
modabitur: Initium narrationis quidam
utiq̄ a p̄sona faciendum putāt, eamq̄ si nr̄a
sit ornandam si aliena infamandam statī;
hoc sane frequentissimū est qa p̄sone sūt int̄
quas litigatur; Sz int̄dum cū suis accidentib;
variandū si profuturū apparebit; Licebitq̄
ab ea circūstantia sūmē initium narrādi
a qua cause utilitas suadebit, et p̄la probatio-
nū semina in se cōtinebit; Licet enim ab

omnibus incipere ; A. persona ut cicero ; Q. Li-
garius cum adhuc esset nulla belli suspitio : Item
cluentius habitus fuit pr̄ huiusce iudices homo
non solum municipii larinatis ex quo erat sed regio-
nis illius et vicinitatis virtute extimatione
nobilitate princeps : A. Re : Fundum habet in
agro Tugurino M. Tullius paternum et pro
Gn. pompeio, Bellum graue et periculosum
vestris vectigalibus atque sotijs a duobus potentis-
simis regibus infertur Mytridate et Tygrane ;
A. Causa, ut si quis ad plebem tribunitiam potestatem
per seditionem seruandam ferret et principium nar-
rationis sumeret ex in quo eiusmodi potestatis cre-
ande causa fuisset secessio plebis a patribus : A. Loco
ut virgilius Urbs antiqua fuit Tyrij tenu-
ere coloni Cartago ; A. Tempore ut idem in
Georgicis, vere nouo gelidus canis cum montibus
humor soluitur ; et alibi Candidus aura-
tis aperit cum cornibus annum Thaurus : Idemque
de reliquis circumstantijs intelligatur : Ceterum
si a persona narrare incipiemus et preteritorum
commemoratio utilis causae videtur ad probandam

rem q̄ in disceptationem venit ab illa ordiemur
ut Cicero pro Archia poeta, Que Repetitio maxime
in Iudiciis est efficax Cum demonstramus semper
avarum fuisse Libidinosum, perfidum quem accu-
samus: Quod si nullum tale preparamentum vita et
mores hominis suggerunt, ne quid ex causam dicere
videamur pretermittere relinquere dicemus: Debet
autem narratio perduci eo unde questio oritur ut
pro Mylone Cicero Fecerunt servi Mylonis quod quis-
que suos in re tali facere voluisset: et pro Gn: pom-
peio Unum ab omnibus Sociis et civibus ad id bellum
imperatorem deposci atque expeti, eundem hunc unum
ab hostibus metui preterea neminem: Quod quidem ab
actore semper fieri potest a defensore non semper,
cum multa illum variare oportent secundum necessitatem
defensionis, narrationemque plerumque dividat in partes
eaque a quibus maxime leditur confutet, dissimulet, ex-
tenuet ut vulneri presto sit medicamentum: Pro-
cursus a plerisque narrationi subiungitur qui quidem
esse debet quasi narrationis finis vel quasi probationis
initium, ut si expositio circa finem atrox
fuerit prosequamur eam velut erumpente

de cede enim clodii quo erat an iure facta

in consultatione esset committenda ne foret pompeio an non eius belli summa:

Narratio simplex interdum cum
ratione interdum cū ratione & modo
quodq; cetera mixtim. Simplex cum
res plane probata non egent ut
Cicero p Archia et p Pompeio
Cum ratione vbi res per se sint
infirme vt qui clam aliquid attulerit au
rum invadendę hereditatis fecerit
voluptatis primum et senectutis ma
xime intellexit hoc solum deesse
ceteris occasionem ut primo insa
nientem parricidij arcuit.
Cum ratione et modo vbi res ac
ratio per se sint incertę vt
idem Verso igit quod iuvenis sibi no
videbatur esse primigenio venenum
quod in mistum sum abdiderat dep
hensum meditant pij tanquam
parricidam paratum.
Mixta est narratio in multiplicia
actusatur cum cladius et defen
ditur Milo actusantis est enim
accusare. dutor factor q; consilia
et ratio afferre. defensor at
simplex. pfugnatrix premit ea
quę obiecta sunt dein quę facta.
Iudiciariarum alię primate
alię pte primatis. Narratio
narratio est ex qualitate per
sonę in qua indicanda repetitur
facta antacta. si causa ad postu
lat et persone qualitas pa
titur. quę si cōtraria est per
ornatos notatur. Defendentis
eadem est ratio.
In publicis nō solum a qualite
personaz sed interdum leciaz
a locis nō nimis sunt efficaces
preparationes. vt in imperatore
qui passa est ante portas ut
captivos vehementes trucidari
a qualitate personę dicemus qd
se tendebat qd inermis a p et mi
litibus implacabilis. dein facta
persequemur qd supbe impatie
ter cedentem sicum pectus collo
cauerit sit signum dederit vt
capi possent sed et facta ca
pturę preparatos saltum trax
se hostes vni strenuę pugnando
captis cupisse impigre mentia vt
redirent ad liberandam patriaz
quā imperator quibus in eo esset
prodidisset

indignatione vt in verrinis Cicero, Tantae ne tuae
vesanae libidines erunt vt eas capere ac substinere
nō provincia. p. r. nō nationes exterae possint:
Tu ne quid videris quid audieris quid cogitaueris nisi id ad
nutum tuum ꝑsto fuerit. nisi libidini tuae cupidi-
tatiq; paruerit immittentur hostes expugna-
buntur domus, ciuitates nūmō parantur vtrū et
sotiorum atq; amicorum ad vim atq; ad arma
confugiens vt abesse atq; a liberis suis legati
p. r: scelus ac libidinem propulsare possint: ꝑterea
Si merita in aduersarium aliqua exposita
erunt nō inutilis in ingratum mutabimus: Aut
si varietas criminū in expositione demonstran
fuerit ꝑinde ab ea periculum intentetur ostēn-
demus; hisq; et huiusmodi reagrationibus purae
magis illustrem orationem, ꝑsertim si cohaerebit et se-
quentur, nō si prius trahentur, et quae nō iunc-
ta prius distrahentur: Certum cum rerum
confirmationis et confutationis fundamentum
Narratio sit nō est dubium qn semina probatio-
nū debeat continere: Fluunt aut probationes
ex locis cuiusq; constitutionis magis propriis

quos in aliqua circumstancia fundari dictum est:
qđ placet in narratione ea que si probabit tra-
hatur sumus delubare personam subiter causam
locum, tempus, scripturam instrumenti et quas-
cq has circumstancias inserentur aut anectendo
que ad rem nostram comprobandam aut ad ver-
sariorum improbandam primo videbuntur: Sz
in primis occupari et debemus ea in circumstancia
in qua constitutio principalis innititur; ad hoc sper
tat apd Ciceronem illa simplicitas initiatis My-
lo cū in senatu eo die fuisset domum venit, cal-
ceos et vestimenta mutauit, paulisper dum seruos
ut fit comparare cōmoratus est; qđ nihil pparans
nihil festinato facisse videretur. Clodium
pdie prosectum et dicit vt am suū fidum qđ re
intellectum est ulterius insidias collocaret, Atq
ut prosectum vt cognitum turbulentum impu
ius furor desideraret est q illo ipo die habiē
relinqueret, qđ nisi obiisset facturus locum
tempus qz voluisset suū relegisset: q̄ simulac
cognitum se esse senserit extemplo sollicitus festina-

tunc in consultando venit tua
sunt pacua, migracia, lacus le-
gis pax bellum.
Migrando facimus ad amissa u-
tilitates et comoda. que in loco
alio hitare psuaserat, et primo
periculo cautius ut imminuto no-
via aliqua calamitate ad meli-
orem statum desiderent.
In primo valet consilium et auctos
tas qui locum delegit enumera-
cio q̄ utilitatum et comodorum
quibus illecti sint ptes que ne-
cesse ad eam diem perseverare
sit in eius sententia. desuetudo
hanc emendi comodis et utilita-
tibus ea cum enumeratis eo-
que reficient
dissuasor. alias comodis illectus
dicet et enumerabit ea que di-
xerat suasor no tanch finisse
tunc nec nunc morare debere ir
in fido calamitatem ullam nec
posse potuisse na finisse illos
maiores habitatores que pe-
rierunt ex comodis et que nu-
la vigeant. Dissuasor maio-
ribus comodis pelli certos maiores
intellexisse potuisse aliqua calami-
tatem antedere no tanch exis-
masse ea
In tercio necessitatem exitij vel
pellendi maiores compulisse
illos hitare no elegendi et hi
storia comprobabimus cum
enumeratis incomodis Loci
cum comodis alijs ad que in-
ducendi per breue ambitus
tatis. dissuasor electionem ne-
cessitate fieri dicet ea
In Lege ferenda ea precen
sere necessaria finisse incomoda que
averruisset enumeranda. hyab.
roganda Lege nisi ferenda
finisse q attulerit incomoda et
ea que revocanda si una ferē
da alia abrogenda. deus ordo
remanet.
In bello ea diu suscipiendum finis-
se q̄ allatas iniurias ea ne
hiqua dissimulandum
In pace explicabuntur ac si
bona officia et comoda sunt
illi estimanda in nos ac incomoda bello
et que sint pacis bona

tione, ut ex suspitionibus narrationi insertis iam tc
satis probatum appareat clodium insidiatorem:
Sz et ceteras circumstantias tractavit ita ut in omnibus
probationum quas subditurus erat semina collocaret:
Coniecturales in quibus negatur factum
non tam sepe rei de qua iuditium est quam eorum
per que res colligenda est expositionem habent, Que
cum accusator suspitiose narret reus levare suspitionem debeat aliter ab hoc atque ab illo perferri
ad iudicem oportet; ut si arguatur quispiam veneno necasse formose ac divitis maritum cui supremum poculum ministrasset, Exponemus reum
avarum, audacem, libidinosum, Illum vero sanum
bibisse, statim concidisse, Livorem ac tumores confestim insecutos: Defensor in expurganda vita
hominis erit occupatus, mortisque subite aliam verisimilem causam afferet et que actor veneni signa
dicet cruditatis esse asseverabit: Constat
autem omnis narratio, Aut ex re gesta, aut ex his que
rem probant, aut ex utrisque: Ex re gesta hec
erit Nocte ingressus est templum; pecuniam

grandem subripuit, cum exiret a custodibus deprehensus ipsos quoque pollicitationibus corrupit; et hec pertinet ad qualitates: Ex his que rem probant hoc modo; Vlixes cum se neget Ayacem occidisse in re quidem nihil narrat sed sibi cum Ayace nullas fuisse inimicitias de laude inter ipsos certatum, casu deinde aut aliqua verisimili de causa in solitudinem se venisse iacens et exanime Ayacis corpus conspicatum esse: que narratio magis ad coniecturas refertur: Ex utrisque cum et res gesta narratur et ea quibus res probatur non pretermittuntur puta si ad ea que dicta sunt Vlixes adderet commiseratione seductum gladium extraxisse, Teucrum deinde intervenisse, quod genus narrationis tam qualitatem quam coniecturas respicit prout erit causa que exponetur; Ceterum quia contingit aliquando ut expositionis pars pro nobis sit pars pro adversariis, ea que pro nobis erunt cum ratione exponemus, ut obviam fit ei clodius expeditus, in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis grecis comitibus ut solebat, sine uxore quod

nunquam fere: ut tota ratio apparatus ad inferendam
vim accommodetur: Ea que pro adversarijs erunt
simpliciter proferemus et sine ratione quale illud fece-
runt servi Mylonis dicam enim non derivandi cri-
minis causa sed ut factum est neque imperante neque
sciente domino quod suos in tali re facere quisque voluis-
set. Cum enim pertineat ad defensorem crimen
extenuare quod ab accusatore acriter augetur non
potuit Cicero simplicioribus verbis aut cum maiori
extenuatione id quod negare non erat factum confi-
teri; id sane in omni defensione custodiendum ut que
obsunt aut dissimulentur aut quam minimo verborum
strepitu efferantur per extenuationem ut casu et
imprudenter facta videantur que astute ac con-
silio fecisse dicemur: Est preterea inserenda nar-
rationi incitatio et provocatio quedam affectuum;
ita tamen ut moveat non exagitet nam totis viribus
affectus rapere et vexare perorationis est mu-
nus et officium: ut est tum legarius domum spec-
tans et ad suos redire cupiens nullo se implica-
re negotio passus est. Qua designatione caritatis

Ligarij erga suos preter reliquas utilitates cause
Cicero preparauit animum Cesaris ad misericordiam
In quam postea sic eum in peroratione vehementis-
sime rapit: Noli cesar putare de vnius capite
nos agere, aut tres ligarij tibi in ciuitate retinen-
di sunt aut tres ex ciuitate exterminandi; quidvis
exilium his optatius quam patria quam domus quam dij pena-
tes vno illo exulante; si fraterne si pie si cum do-
lore faciunt, moueant te horum lachrime moue-
at pietas moueat germanitas: Ee sunt ra-
tiones explicandarum rerum verarum non minus et
seruande per omnes partes suas si fingenda sunt aliqua
et tamquam vera exponenda ad causam nostre utilitatem;
quinimmo eo diligentius in his que fingentur
custodiende quo facilius ficta deprehendi quam vera
confutari possunt. Meminisse autem debet orator
tota actione quid finxerit quam solent excidere que
falsa sunt: Considerare item oportebit ne aut
non loco aut non quemadmodum causa postulet narretur;
Aut cum rei ipsius magnam offensam facit inter- expositio
ponatur, quod cum accidit membratim oportebit partes

rei geste dispergere in causam et ad unam quamque confestim
adhibere rationem ut odium statim defensio mitiget:
Pretermittitur autem ab Actore tota aliquando narratio sunt enim
quedam tam breves causae ut propositionem potius habeant
quam narrationem, id plerumque accidit et Reo: Item cum
nulla est expositio, sive quod Judici prout nobis expedit
nota sunt omnia, sive quod priore loco recte exposita sunt:
Item cum sic magis expedit, satisque est dixisse certam
creditam pecuniam peto ex stipulatione Adversarii est
dicere cur non debeatur: Item cum de Re constat ut
si dicam ab Horatio Sororem interfectam tunc enim
pro expositione totum crimen cognoscit Judex, et ordo et
causa facti pro adversario magis est: Item cum de
Jure queritur ut filius ne an frater debeat esse
Intestato heres: Reus quoque tunc narrationem
subtrahit cum id quod obijcitur nec negari nec excu-
sari potest sed in sola Juris questione consistit: ut in eum
qui cum privatam pecuniam ex ede sacra subripuerit
sacrilegii reus non est, confexio verecundior quam
expositio:
Divisio habet Seiunctionem et Distributionem:

Seiunctio que conueniunt cum aduersarijs ab
his que in controuersia sunt separat ut subreptam
esse pecuniam de templo conuenit id ne sacrilegium
sit in controuersia est; proferuntur enim in seiunc-
tione tantummodo illa que nobis utilia sunt cetera
dissimulantur, Nam qui ita dicerent Subreptam
esse priuatam pecuniam de templo conuenit, non
ad utilitatem causae sue seiungerent, Sed aduersarij quoque causam
agerent; Artificiose admonuit ut cetera omnia in Milonia-
na Cicero ad utilitatem causae sue tamquam satis conueni-
rent illa que discusserat de licentia interdum hominis
occidendi Deque sententia Senatus consulti Et rogatione
pompei sic seiunxit, Insidias factas esse constat
et id est quod contra rem p: Senatus factum iudicauit,
ab utro facte sint incertum est, De hoc igitur la-
tum est a pompeio ut quereretur, Ita et Senatus
rem non hominem notauit, et pompeius non de facto
sed de iure questionem tulit; Nunc igitur aliud in quem
venit nisi uter utri insidias fecerit certe nihil:
Distributionis due sunt partes, Expositio que

res de quibus dicturi sumus sine nũo exponit Enũatio
que nũo illas complectitur: Debet võ utraq; spẽs habe-
re Breuitatem, Absolutionem, paucitatem; Breui-
tas nullum nisi necẽtium verbum admittit, Absolu-
tio oĩa gñã que in cãm incidunt cõmode amplec-
titur, Paucitas solis gñibus contenta est: que postea
loco suo in partes diuiduntur; ut pro gneo põpeio
Cicero premissa pricipali expositiõe hõmõ primum
m̃ videtur de gñe belli deinde de magnitudine
tũ de imperatore deligendo ẽẽ dicendum; postea ter-
tertiam partem per enũatiõem sic partitus est, Ego
eũ sic existimo ĩ summo imperatore quatuor res
inesse oportere Sciãz rei militaris, virtutem, feli-
citatem, Auctẽm: In primis aĩadvertendum ĩ par-
titiõe, neqd in ea desit, neqd supsit, Superest aũt
sic fere Cum aut ĩ spẽs partimur qd ĩ gñe dici
satis fuerat, aut gñe posito subijcitur species;
ut dicam de virtute, Iustitia, et continentia,
cũ Iustitia et continẽtia virtutis sint species; Aut
si dicam ondam aduersariũ qd arguimus et
potuisse facere, et voluisse et fecisse cũ fecisse

rer de qbus dcũ sa

satis sit ostendere: hec pars orationis oportune trac-
tata plurimum actioni lucis et gratie confert; neque enim
solum id efficit ut clariora sint que dicuntur rebus
velut ex turba extractis et in conspectum iudicis positis
sed reficit quoque auditorem singularum partium fine, et hor-
tatur ad reliqua fortius exequenda scire quantum sup-
sit; nihil enim videri longum necesse est in quo
quid ultimum sit constat: Vitandum autem ne nimis
concisam et articulosam partitionem faciamus et que
natura singula sunt secemus adeo ut non membra sed frusta
sint: tot enim particulas faciendo incidimus in ean-
dem obscuritatem propter quam partitio inventa est:
sed ut recte adhibita multum ad causam confert
ita interdum non solum licet verum et utile est ea non
uti aut cum volumus gratiam extemporalis inventio-
nis his que dicturi sumus dare, quasi interdicendum et
ex re ipsa nata essent unde illa non iniocunda scemata
pene exciderant mihi; fugerat me, et recte admones;
propositis enim probationibus omnis in reliquum gratia
novitatis excluditur: Aut et cum fallendus est iudex
et variis artibus subeundus ut aliud agi quam

qd petimus putet; Nam est plerumq; dura pro-
positio et oratio efficit id qd promittenti nō crede-
retur: Preter hec oī in partitione utiq; aliquid
potentissimum est qd cū audiuit Iudex cetera tanq;
supervacua solet aspernari: Ceterum superflua
partitio est cū summū crimen varie defenditur
Si illa que ordine dicturi sumus partiam ut di-
cam nō talē ēē hūc quem tueor ut credibile
videri possit hoīcidium, Dicam occidendi causam
nō habuisse, Dicam eo tempore quo homo occisus
est trās mare fuisse et cetera id genus sine qui-
bus defensio nō constaret:

Xposita causa, et seiūctis que conueniūt
ab illis que remanent in controuersia. Sequitur
ut fidem faciamus illis que nobis sūt utilia:
Cui rei in primis cōmodissimum putant proponere
id qd agimus, id q; propositionem totius cāe disponūt;
ut illud iniuditium venit nō occisus ne sit qd
fatemur Sz iure an iniuria qd multis ī causis an
quesitum est. Atq; eiusmōi propositiones nō solum
ad questionem que ī causa principalis sit pertinere

Sed et in accessorijs faciendas ut patet in illis
tribus accessorijs questionibus que disputantur cum
principalem in Miloniana; In quarum prima sic pro-
ponit, Negant intueri Lucem fas esse ei qui a se
hominem occisum fateatur; Quo improbato infert;
Sequitur illud quod a Milonis inimicis sepissime
dicitur, Cedem qua p. Clodius occisus est Senatum
Iudicasse contra Rem p. esse factam: Quo et discusso
subdit At enim gn: pompeius rogatione sua de
re et de causa Iudicavit: Huiusmodi autem propositio-
num duo esse genera dicunt unum per quod universa causa
proponitur ut peculatus, Sacrilegij, homicidij ago:
Aliud quod argumentationis locum designat ut non
pertinet ad privatam pecuniam peculatus, ad res pro-
fanas Sacrilegium, ad cedem tyranni homicidium:
Primum illud locos et argumentationes plures continet
hoc vero semper una argumentatione absolvitur: Ego
cum causae simplices et clare propositione non egeant praeser-
tim ubi finis narrationis cum principio questionis coniungitur

intueri negat

ut in coniecturalibus et translativis, puta si horestes
concludat narrationem que cum ita sint negant
parentem meum ulcisci oportuisse; Aut Teucer con-
ulixem, cum ex vulnere palpitantis adhuc cadaveris
gladium educentem invenerim negat a se ayacem
interfectum; Si in difficilioribus causis in universum
proponendum est pertinere id ad iudicationem dicendum;
ut ibi, Nihil aliud in iuditium venit nisi uter utri
insidias fecerit, quonam ergo pacto probari potest
insidias Myloni fecisse clodium; Nam si iudicatio-
nis est ostendere quid in controversiam venit quid
aliud quam iudicationem proponere possumus Si propo-
sitio esse debet totius rei qua de agitur brevis demon-
stratio: Sed quando ad effectum persuadendi nihil interest quo
nomine preceptiones appellentur dicatur generalis illa denun-
tiatio totius cause sive iudicatio sive iudicationis pars
sive est propositio non multum refert dummodo intelligamus
ostendendum esse iudici id quod in controversiam venit et
firmissimum quodque cause nostre presidium non solum semel
sed tum in toto tum in parte totiens quotiens utiliens

affertur

cause suadebit ut Cicero ab utro facte insidie
sepius proponit; Sed iam de confirmatione:
Confirmatio est per quam nre cause argumentan-
do fidem et auctem et firmamentum adiungit oratio;
Est aut argumentum Ratio que fidem rei dubie facit.
Resuo dubia est intensio et depulsio vl ro et infir-
matio rois, cu enim obijcitur occidisti ut doceas
opus est argto; et cu negatur et ipm no occidi exig
argum: Quorum tota vis posita est In verisimi-
libus et proprijs rerum notis: Propria nota dr
cum id, qd nuqm alr fit propriumq declarat ut fu-
mus ignem, Cicatrix vulnus, partus cocubitu: Ve-
risimilia sut ea que plerumq ita fiut ut senectu-
tem proclivorem ee ad avaritiam qm adolescen-
tia, ea ex oibus circustantijs et earum attributis
eliciuntur tum veluti membra narrationum
tu ad fidem faciendam, et aut pse inspici solent
aut ad aliud referri; Non tamen exequendum e
qcqd aut psone aut rebus attribuitur Sed vn
summi possut argta ut Genus na similes paren-
tibus aut maioribus suis plerumq libi creduntur
et nonnuqm ad honeste turpiterq vivendum cat

affertur

inde fluunt; Natio nam et gentibus propri mores
sunt. Nec idem in Barbaro, Romano, greco probabi-
le est, quia similiter leges et ciuitatum opiniones insti-
tuta habent differentia: Sexus ut latrocinium facilius
in viro, venefitium in femina credas: Etas quia aliud
alijs annis conuenit; Educatio et disciplina quia
refert a, quibus et quoquisque modo sit institutus: habitus
corporis ducitur enim sepe in argumentum Species libidinis
Robur petulantie, his contraria in diuersum: For-
tuna nec enim idem credibile est in diuite ac pau-
pere propinquis atque amicis clientibus habundante
et his omnibus destituto: Conditionis est et distantia
nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater
an filius, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus
an celebs, parens liberorum an orbas sit multum refert:
In victu luxuriosus an frugi an sordidus sit queritur;
Nam auaritia enim iracundia, misericordia, cru-
delitas, seueritas, aliaque his similia afferunt fidem
frequenter aut detrahunt; Studiaque nam rusticus
forensis, negotiator, miles, nauigator, medicus
aliud atque aliud efficiunt; Intuendum et quid affectet

quisque locuplex videri an liberalis, iustus an potens; Ex-
pectantur et acta dicta ex preteritis enim extimari so-
lent presentia: Consilia autem et preteriti et presentis et
futuri temporis licet personis accidunt referenda vi-
dentur ad illam partem argumentorum quam ex cau-
sis ducimus Raciocinationemque superius appellavimus,
sicut et habitus: Nomen persone accidere necesse
est, sed in argumentationem raro cadit nisi cum aut ex
causa datum est ut sapiens, magnus, plenus: aut
cum et ipsum alicuius cogitationis attulit causam ut
lentulo coniurationis quod libris sibillinis aurus pi-
cumque responsis dominationem dari tribus cornelijs
dicebatur, seque eum tertium esse credebat post Syllam
Cinnamque quia et ipse cornelius erat: In rebus
argumenta ducuntur aut ex his que ante rem facta sunt
aut ex coniunctis rei aut ex consequentibus, Antecedunt
puta mortem minatus est noctu exivit proficiscen-
tem antecessit; Coniuncta sunt sonus euntis au-
ditus est clamor adherentis sublatus; Insequuntur
illa latuit, profugit, palluit, titubavit; livores
tumores apparuerunt: In his omnis ratio dictorum

dictorum factorumq; versatur: Causa p̄ter facto-
rum vl' futurorum queritur. Si pecunia si inimici-
tia et cetera id genus ut p̄dictum est in circumstantijs:
Cause porro nō ad vincendum mō qd' obijcitur sed ad
defendendum q̄ excutiuntur cum qs se recte fecisse
idest honesta cā respōdet: Ex cāis et ut diximus
finitiōes intdum pendēt ut an tyrannicida q tyr-
annū a q° deprehensus fuerat ī adultio occidit; An sa-
crilegus qui ut hostes urbe expellēt arma templo affixa
detraxit: Locus et spectatur ad fidem probationis
quam partem vehementissime pro Milone tractauit
Cicero; Que qdem ac similia frequēter ad cōiecturas
ptinent, Sz cum additur Sacer an profanus, p̄uatus
an p̄cus, noster an alienus, questiones nōis oriuntur
p̄uatam pecuniam sbstulisti verum qa de templo nō
furtum sed sacrilegium est: Occidisti adultos qd lex
pmittit Sz qa ī lupanari cedes est; fecisti iniuri-
am Sz quia magistratui maiestatis actio est; Ad q̄-
litatem et frequēter pertinet locus neq; enim idem
ubiq; licet aut decorum est, quin etiam ī qua qdq;
ciuitate queratur interest; moribus enim et legibus

distant:

distant: Tempusq̃ interdum affert proba-
tiones inexpugnabiles Quales sunt si dicatur si-
gnator qui ante diem tabularum decessit ali-
quid commisisse vel cum infans esset, vel cum omnino
natus non esset; aut spatium temporis non satis
fuisse aut omnino non fuisse; facultates inuen-
de sunt precipue in coniecturis, credibile est enim
occisos a pluribus pauciores a vigilantibus dor-
mientes, a preparatis imparatos. Ex instrumento et
aliquando signa nascuntur vt spiculum relictum
in vulnere; Modus ad qualitatem pertinet
vt si negemus licuisse adultam veneno occi-
dere: ad coniecturas et spectat vt si dicam
bona mente factum ideoq̃ palam, mala
ideo ex insidijs, clam, in solitudine;
Mnes hee circumstantie preter personam ad ne-
gotium referri planum est quandoquidem nihil gestum
doceri potest nisi locus vbi modus quomodo tem-
pus quando factum sit demonstretur, sublatis enim
istis crimen et causa per se non subsistunt; Nunc vt
totius argumentationis fons aperiatur videndum est

quemadmodum Loci quos topicos vocant omnes ad circumstantias hoc est ad negotium affectu quodam et veluti relativa ratione reducuntur; Quorum alij summam facti aut contingunt aut respiciunt alij ad gestum negotium referuntur: Affecta sunt et contingunt totius Rei summam Coniugata, Genus, Species, Differens, proprium, Diffinitio, Totum, pars, Causa, Effectum, Generatio, Corruptio, Coniuncta, Consequentia, Adiuncta, Repugnantia; Ad rem aut gestam refertur Simile, Comparatio, proportio, Contrarium: Divisio :-

Coniugatis argumentum ducitur cum posito uno principali nomine, casu aut tempore commutato aliquid inferimus ut si iustitia virtus est quod iuste fit laudari oportet, Et si utile est chartaginem destruere utiliter potest dirui chartago, Et si compascuus ager sit ius est compascere, que cum ab alijs posita sint negligere nolui quivis nihil afferunt ad probationem, cum illa concludant que probatione non egent, quis enim dubitat

Contingunt negotium totum pars, notatio i ethimologia ex quibus tribus locis quo argumenta ducantur videlicet infra
Totum diffinitionem colligitur aut nominis interpretationem unde est abest diffinitio id quod quod diffinitur abesse et nominis interpretationem rem declarari et unde partes absunt in etiam totum abesse
Coniugatorum eadem est ratio et alterum ad alterum refertur,
Genus et species ad se sunt relativa quorum vero est genus diversum ea quod diversa et in speciebus subiectis spectatur genera proprietas.
Simile alicuius assumitur est et de similibus idem iudicium
Quod differt idem esse non potest et differentium differens iudicium
Contraria sibi convenire non possunt
Ex coniunctis coniuncta perpendimus
Quod consequitur aut antecedit rem ab illa separari non potest
Repugnantia invicem coherere non possunt
Coniugatis
Ubi causa etiam est effectus et eius idemque in generatione et corruptione.
Quod in maiori valet valet in minori et eius et rerum parium idem iudicium

eum qui rem iustam facit iuste facere, qui
iniquam inique, et quod ius est compascere si
ager est compascuus; huic finitimum est illud
quod ab usibus quidam dixere, ut si bonum esse dicas
equitare equum quoque habere bonum contendas: Si na-
vigare dicas oportere naves quoque habendas necessario;
ab usu enim equorum et navium trahitur argumen-
tum, Differunt in eo quod in superiore nomen tantummodo
in isto usus rei flectitur et variatur: estque hu-
ius constans probatio cum res cum usu coheret
naturaliter:

ab usibus

Genus est quod species continet, ab hoc argumentum
cum quod in toto valet ad speciem quoque deducimus
ut si varium et mutabile quiddam est femina
Dido quoque varia mutabilisque videatur, possitque ex
amore in odium converti: Item quoniam argentum
omne mulieri legatum est non potest en pecu-
nia que numerata domi relicta est non esse
legata; forma enim a, genere quoad suum
nomen retinet numquam seiungitur, numerata autem
pecunia nomen argenti retinet legata igitur
videtur: Est autem genus ad probandam speciem

genus

panem efficax ad refellendam maxe ut non
qa est arbor platanus est Sz quia nō est ar-
bor utiq platanus nō est: Notandum aut
qd Rhetores nō ut Dyalectici semp ab ipa ge-
neris nā ducūt argumēta, Sz ab ea re que
illic gnis est de q agitur; ut si arguamus aliquē
ebrium nō fuisse qd in eo nulla luxuries
antecessit cū enī hec ad ebrietatē qi gnis
referatur, Si luxuries nulla fuit nec ebrietas
qdem, Sz hoc pendet ex alto, nam cur ebri-
etas ee nō potuerit si luxuries nō fuit, Ex
nā generis ratio Dyalectica demonstrat unde
genus abest illinc spēs necessario abee qn
genus species nō relinquit:

Species

Species est gnī subiecta firmamq hr illius
probationem refutationē Infirmam, nam qd
Iustitia est utiq virtus est Si fortitudo, con-
stantia, Continentia; Removetur autē
genus sublatis speciebus que illi subiecte erūt
ut qd nec mortale est nec īmortale animal nō est:
Ifferens vocatur cū gnē in spēs deducto

species ipa discernitur, ut aial, mortale. Terre-
num; hoc ultimum facit differentiam inter
se atq aues; Per hu infertur et remouetur
spes sz et gns comprobatur; Nam cu rois
ho sit particeps qd roe caret nec ho no iccir-
co nec aial: Sz hu mag ad Dyalecticos; Rhetores
differentiam vocant sufficientez questioni
discretioez, ut aliud est seruum ee aliud ser-
uire, Aliud subiectos regere aliud p tyranni-
dem abuti dominatioe::

Proprium est qd aut soli accidit ut hoi risus, ser-
mo, Aut qd utiq accidit sed no soli ut igni ca-
lefacere; Et sut eiusdem rei pla propria ut ip-
sius ignis lucere calere; Itaq qdcuq pprium
deerit soluet argtu no qdcuq erit confirma-
bit: Sepissime vo qd sit pprium uniuscuiusq
qritur ut si dicatur Tyrannicide proprium
est Tyrannu occidere, negemus na si traditum
sibi carnifex occiderit tyrannicida no erit, nec
si imprudens, aut Inuitus necauit::

proprium

diffinitio

Diffinitio est vnius cuiusque rei breuis et absoluta descriptio, Debetque a genere ad proprium deduci, vt animal genus, Mortale species, Terrenum vel bipes differens non dum enim proprium est sed iam differt a marino vel quatrupede; Si addideris rationale nihil iam deest ad demonstrandum quod instituisti: hoc non tam ad argumentum pertinet quam ad diligentem finitionis comprehensionem; quantum attinet ad probationem duplex est ratio rerum finiendarum aut enim vniuersum de quo agis verbis complectimur, vt Eloquentia est benedicendi scientia bene autem dicere vtile est vtilis igitur eloquentia: Aut per partium explicationem diffinimus sic Rhetorica est inueniendi Recte, disponendi et eloquendi cum summa memoria et dignitate actionis scientia horum autem vnumquodque honestum honesta ergo et Rhetorica: hinc ille argumentationes si neque natus ciuis est neque factus, ciuis non est cum diffinitione ostenderis ciuem

aut nasci aut fieri oportere; Et si neque censu
neque vindicta neque testamento liber factus est liber
non est diffinita prius libertate seruorum per tres par-
tes predictas: In qua enumeratione cauendum
est ne aliquam partem obmittamus per quam facile
conclusio nostra confutetur puta si seruus liberum
se dicat lege que tyrannicidis dat libertatem: Fi-
unt et diffinitiones aliquando ex genere et accidenti ut
si diffiniatur Cygnus auis alba aut homo animal
bipes que facile reprehenduntur; Item per trans-
lationem ut si adolescentiam florem etatis se-
nectutem occasum vite diffinias; Sunt et violen-
te diffinitiones ut assiduus a sedendo. Locuplex
a locorum pecuniosus a pecorum copia; Quibus
accedit et nominis notatio id est ethymologia ut
Crysogonus hic ideo nominatus quia sibi aurum vn-
cumque pariat; Quo ferme cicero utitur pro sex:
roscio: et phya est amor sapientie atque id bonum
bona igitur phya.

Totum est quod ex partibus constituitur; Estque ad

Totum

ad probandas partes efficax ad Infirmandas
minime, ut si tota resp. consilio gubernanda
videtur, et domus et unusquisque ciuium; Non
tamen quia uniuersa resp: fortune committenda non
est iccirco nec ciuis casui se committat; Nec quia
tota domus reingranda non est ideo nec unus
paries: Cicero, Sed cum omnium prouinciarum
sotiorumque rationem habere debeatis tum precipue Sicilie Iud:

pars

Partes sunt que totum conficiunt; A parte argumentum
non ad totum probandum ducitur sed ad aliam par-
tem que continet questionem, Nec enim probata
pars totum probat, puta si oculus videt non ideo
totum corpus si refutetur totum videre corpus; sed
si pedes si brachia tueri debemus utique oculos dili-
gentius; Tamen si commode colliguntur totum et
Inferunt, et commode sublate totum diruunt; Inferunt
totum hoc modo Si probandum sit animam esse incorpoream,
partiemur ipsam velut his tribus partibus quod vegeta-
bilem vim vel sensibilem vel intelligibilem prestat
at neque ipsum vegetare neque sentire neque intelligere
corporeum est, cum ergo nulla pars anime sit corporea restat

ut sit incorporea. Totum tollitur hoc mo sit que-
stio an aia scdz locum moueatur; Dicemus motu
scdz locum tres hz spes Crementum Diminutionem
pmutationem Aia vo neq crescit neq minuitur
neq ab alio loco transit ad alium no ergo mouetur;
Eodemq mo concludetur no fuisse rem p. romanam
an raptas sabinas In qua nulle familie erant.
Ausa est quam effectum sequitur, hec aut p se efficit causa
aut per matriam aut per formam aut per finem Inducit;
Efficiens est que quamlibet rem pcedens efficit no tempo-
re sed propietate nature ut corpus in lumine umbram,
ab hac ita sumitur argtum Si vulnus fuit cicatricem
ee necesse est, Ex efficientibus interdum necessaria affer-
tur conclusio interdum minime; Necessaria Si sol
apparet dies est, Si cu viro concubuit corrupta ergo:
virtus facit laudem sequenda igitur, voluptas infa-
miam ergo fugienda; Non necessaria est illa Sol co-
lorat no tam oe coloratu est a sole; Iter pulueru-
lentum reddit no tamen qlibet pulueruleutus ve-
nit ex itinere; Timor pallorem incutit no tam
ois qui pallet timet: Ab efficien Astruitur illud

ciceronis sz cum ob tua iudicia ob decreta ob imperia
dabantur, nō est ita querendum cuius manu nu-
merarentur sz cuius iniuria cogebantur: Sunt
aut̄ separande diligenter cāe que vim efficiendi
habent ab illis sine quibus effici nō pōt, Nam cum
ī ayacis nauem igneum fulmen iniectum est Incen-
ditur nauis necessario; Nō si sine parentibus fi-
lij ēē nō possūt ꝓpea fuit ī parentibus gignendi cā
necessaria: Est ꝑtea genus cāꝝ que nō natura
sua sed appetitione quadam et voluntate aut ar-
te conficiūt ut tu cū legis libellum istum, A quibus
infirma st̄ argta nisi ab alijs quoque causis et circūstantijs adiu-
ventur, Nam qui argumētabr timendum ēē ne
Carthaginēn In Siciliam transmittant populabundum exercitū ꝓpea
qd̄ auarissimi st̄ aut glē appetentes facile refel-
letur, nisi et tempus et modum classemq ac mili-
tem et cetera opōtuna exequende cupiditati eorū
accomodet: A, materia arguemus rem esse
si cetera quoque necessaria illi adiungemus, puta si di-
cam Noricos ferro habundare ac ꝑ in armis facile

confutabor nisi ferro et fabros adiunxero: Forma accomodat rem effectui; ut si arguerem mauros facile supplementa exercitui mittere posse quod iuventutem habeat exercitatam et florentem: Finis in coniecturalibus maxime ac deliberativis discutitur, cum affertur suscipiendi malefitii causa, hereditas, inimicitia, iracundia, amor, et similia; Et cum quid faciendum aut non faciendum sit a fine argumentamur, que planiora sunt quam ut exemplo sint declaranda; Illud tamen dixim personam, Locum Tempus et cetera id genus demonstranda esse ita affecta causa quam finem ponemus ut pariter consensisse in id quod intendimus aut refellimus videmur: parum enim prodesset demonstrasse causam fuisse nisi cetere quoque facultates affuissent: Recte autem admonemur causas non esse ab ultimo repetendas ut Medea ut ne in nemore Peliaco, quasi vero ad eam fecerit miseriam aut necessitatem quod illic ceciderant abiegne ad terram trabes; et Phylotetes Paris si disparuisset tibi ego miser nunc non essem ::

effectus

B Effectis fit argumentum cum in causa dubium est ut haud dubitandum est illum amasse qui rapuit; aut si factum ex eo probaretur quod homines et inuiti seruantur in vita, factum est enim vel vite vel mortis causa illa vero effecta sunt fati viuere posse vel mori; Cicero hic probat A. hyrcij vitam populo romano esse caram quod ei populus plaudit; Et virgilius degeneres animos timor arguit, Nam timor est causa ut degener sit animus quod timoris effectum est: hic locus suppeditare solet oratoribus et poetis sed his qui ornate et copiose loqui possunt mirabilem copiam dicendi cum denuntiant quid ex quaque re sit futurum::

generatio

Enerratio est per quam fit ut aliquid sit, Corruptio est per quam tollitur; Ab his ita argumentantur; quorum generatio bona vel mala sit ipsa quoque talia; Quorum corruptio bona ipsa mala, quorum mala ipsa bona: ut quoniam rem p. deleri malum est res p. bona est::

coniuncta

Coniunctis fides petitur cum singula que infirma sunt ea coniuncta vim veritatis assumunt ut quid si accedit ut tenuis antea fuerit quid si ut auarus

qd si ut audax qd si ut eius qui occisus est inimicus;
singla hec quia nō sufficiunt ideo cōgregata ponū-
tur ut ex mltis iuncturis res aliqua cōfirmetur:.
Consequentia dicuntur que ex precedenti cōsecuntur consequentia
et pendent: ut si bonum iustitia recte iudicandum,
si malum perfidia nō est fallendum; Cicero pro
opio: Si eos inuitos in prouinciam ducere nō potu-
it eos retinere qui potuit; Consequens est enī eosq
inuiti duci nō potuerunt inuitos nō potuisse reti-
neri; et in verrem: Si finem pretoris edicto afferunt
xl Ian Cur nō initium quoque edcī nascatur xl is
Ian: Huic loco subijcienda sunt que naturaliter con-
gruunt; Qd quis nō habuit nō perdidit, quem quis amat
sciens nō ledit, quem quis heredem instituit carum
habuit; Preterea illa que ex diuersis idem ondunt
ut qui natum mundum diceret per hoc et ipsum interiturum
significaret, quoniam interit omne qd nascitur: Acce-
dunt his illa quoque que sub eamdem rōnem veniunt;
Qd dicere turpe nō est nec docere, Si pdtorium
Rhodijs locare honestum est et hermocreonti

conducere; hoc idem illud efficit quavis alia ratione
dictum Ego accusavi vos damnastis: In his ar-
gumentorum generibus non statim est necessitas sed cum
aut natura aut ratione congruunt veluti signorum vim
habent, nec nisi per solam negationem possunt impugnari:
Nam si concesseris nullius umquam rei Cesarem peni-
tuisse sapientem eum velis nolis ue dicere opor-
tebit Ac pro tanto cum arguitur Cesarem fuisse sa-
pientem ex consequenti illo quod nullius umquam rei aut
actionis sue ipsum penituisset aliquando, negare oportebit
ita fuisse: Eademque est ratio confutandi argumenta
que ab effectis, usibus, generatione, corruptione ducuntur;
ac denique cetera omnia in quibus postquam aliquid concessum
fuerit, necessario id quod nos ledat infertur; Diligenter
tamen discernenda sunt illa que necessitatem habent ab
illis in quibus non est necessitas; Nam quem dilex-
isse concesseris non facile invenies rationem quare
prudens leserit; Quare tamen potuerint retineri
inviti qui non potuerunt inviti educi facilius alle-
gabimus ab aliqua circumstantia seu etiam a pluribus:~

adiuncta

Diuncta vel communiter accidentia dicuntur que aut
semper aut plerumque rem consecuntur, ut trepidatio
pallor, inconstantia malefitium, hic locus ad coniec-
turas pertinet. Cum queritur quid aut sit aut euenerit
aut futurum sit aut omnino fieri possit: Discutitur enim
quid ante rem quid cum re quid post rem euenerit, Ante rem
apparatus, colloquia, locus, constitutum conuiuium; Cum
re, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum umbre
et siquid eiusmodi; postremo rubor, titubatio, pal-
lor et siqua sunt alia signa trepidationis et incon-
stantie, que omnia quauis in circumstantiis attigimus
tamen quia inter locos topicos referuntur a cicerone hic
est prout ab illo traduntur repetenda putaui: In
his que aut rem antecedunt ut amorem congressio. Tum
rei coherent ut ambulationi pedum strepitus, tum
ipsam consecuntur ut atrox facinus titubatio que
omnia inter adiuncta negotiis numerantur nulla est ne-
cessitas sed quod ut plurimum contingant in argumentis veniunt;
Nam neque qui omnibus modis congressus est amauit
et qui congressus non est uno semel aspectu in amorem
incidit; et ambulante aliquo non est strepitus

pedum pot et no ambulante pedes strepere possunt
si uno eodemq loco consistens pedes moueat: Et pot
trepidare qs cu nihil atrox fecerit et no trepidare
qui fecerit: Argumentam tam cu amare aliquem
suspicamur quia fuerit congressus vl ambulasse
aliquem i loco cu pedum strepitus fuerit auditus, vl
atrox facinus commisisse que trepidare videmus, sz
qa no hnt necessitatem in se facile eluduntur ad-
ducta roe et causa illius qd pro argto intenditur, n
ab aliis circustantiis et locis adiuuentur:

Repugnantia

Repugnare puent contrariorum consequentia; Nam cum
vigilare et dormire contraria sint et dormientibus adiuc-
tum sit stertere vigilare ac stertere repugnantia
dicunt ex quibus eliciunt argtum: Tunc illum vigilasse
contendis q cu ad eum ventum est toto corpore resolutus
stertebat: Illud qz a repugnantibus dicunt qui sapiens
est no est stultus: Ht hec argumentatio firmam
probationem ex eo qd que repugnant coherere no posst
ac p m no facile confutantur nisi eo mo quo et na-
turalr consequentia dictum est confutari:

Simile

Simile est cum ex re diuersa ad rem qua de agitur

sic aliquid eiusdem rationis accomodatur ut propter simili-
tudinem, assentiri cogatur auditor: hoc modo ut
in naui antequam submersa sit omnes vigilare ac
niti solent ne submergatur cum vero submersa fuerit
ab omnibus deseritur ita rem p: dum incolumis sit omnibus
viribus tueri oportet cum oppressa fuerit frustra eam
aplectere: hec si ornandi causa aut apertius dicen-
di vel ante oculos ponendi assumpta fuerit orationis ex-
ornatio potius quam argumentum dicenda est; id facile depre-
hendetur si orationis que per similitudinem sit allata
nuda vis considerabitur; Probant autem fere sic Sit
quo an gubernatores rei p: sorte dandi sint, negabi-
mus quoniam nec naui quidem sorte sed electione peritus
gubernator adhibetur: Confutabitur similitudo
si aut ipsam negabimus aut commodior adducetur;
Negabitur sic non ita expedit in re p. ut in naviga-
tione; submersam enim nauem nullam saluam
nouimus oppressas ab hostibus ciuitates multas
et nunc rerum potiri videmus: Commodior induce-
tur sic Non pertinet ad bonos ciues antequam bellum indi-
catur ut timore perculsi de obmittenda potius quam
de conseruanda re p. cogitent quod imperiti faciunt

nauce antequam tempestas erumpat nauem deserendo, verum
ut fortis et strenuus gubernator minime tempesta-
tem cum absit desiderat cum adsit non timet Sic nos pa-
cem quoad possumus amplectemur si bellum infe-
retur fortiter feremus: Similitudo que probat
et vera est non facile reprehenditur, ut si continen-
tia virtus et abstinentia, Si fidem prestare debet
tutor Si sotius Si cui mandaris debet et procura-
tor: Cauendum est tamen ne fallamur specie Si-
militudinis; Non enim rei p. frustra opitularis
quam et naui; Nec quia nauis melior est noua quam ve-
tus ideo et amicitia: Efferuntur et similitudi-
nes per negationem sic, Neque equus indomitus quamuis
bonus natura sit ad eas utilitates que ab eo desideran-
tur Idoneus est, nec homo indoctus quamuis sit ingeniosus
is est a quo virtutis fructus possis elicere; Item ex
dissimilibus. Non si letitia bonum et voluptas, Non
quod mulieri recte sine curatore tradideris Idem
et pupillo: Huic loco similitudinis subiiciuntur
exempla et iudicata: est autem exemplum rei ge-
ste commemoratio que ad propositum probandum
improbandumve ducitur, Id debet esse aut simile aut contrarium

aut maius aut minus; Simile iure occisus est
Saturninus quam et Gracchus: Contrarium at non ille
satum quo te mentiris Achilles Talis in hoste fuit
Priamo sed iura fidemque supplicis erubuit: Item Bru-
tus filios proditionem molientes occidit Manlius
virtutem filij morte mulctauit: Marcellus
Siracusanis hostibus ornamentum restituit Verres
eadem sotijs abstulit: Maius si propter matrimonium
violatum troya euersa est quid fieri adultero
par est: Minus si tibicines cum ex urbe recessis-
sent pro reuocati sunt, ciuitates principes quibus de re p.
meriti sunt cum inuidie cesserint ab exilio reducen-
di sunt: In exemplis minora magis mouent vnde
ad fortitudinem magis Lucretia quam cato incitat:
Rerum iudicatarum in argumentis idem est vsus: In eo tamen
differt iudicatum ab exemplo quod in isto non sententiam alicuius
sequimur sed facti ad rem nostram similitudinem
accomodamus; In illo aut vnius aut plurium homi-
num sententie innitimur: Ceterum vtriusque eadem
est confutatio: Ostendenda enim sunt differentia et
varia a re ad quam probandam adducuntur
Gratia, Natura, vi, multitudine, tempore, loco, causa, persona

opinione, modo: Gnē sic Extingui intellectum
qm̄ et visus, sz is materialis: Nā sequatur homo
voluptatem qm̄ et cetera animalia; At rōe guber-
natur: vi Insit Iuventuti Severitas q̄dam et gra-
vitas qm̄ et senibus, sz iocūditas iuventutis propria:
Magnitudine Si forte non electione gubernator
navis, nec īperator classis; at maius maiore ra-
tiōe regendum: Multitudīe Sortiam̄ nostre ne
an hostium hee civitates sint Sic enim et maio-
res nostri de duabus fecerūt: Sz ī pluribus maius
periculum: Tempore Continuet imperium pompe-
ius qm̄ et Marius; Sz ille atrocissima rei p. tempe-
state nc̄ urget nemo: Loco et causa cū in italia
bellum sit nō trajiciantur in affricam copie ne-
simile q̄d atheniensibus patiam̄, sz Longius illi et
ī loca ignota propius nos et ī cognita, et ea ex re
alios q̄ hostes illi attraxerunt nos hannibalem q̄q̄
cū eo exercitus est ex italia pellemus: Persona con-
tinuet Marius Imperium qm̄ et Scipio At ille Sanctus
vir Cupiditate istius cavendum ē ne q̄d īcommoī
accidat: Opinione si similia dicuntur q̄ nō sic
existimantur; Modo qui cereris obeuntem sacra

violauit ea pena plectatur qua qui veste sacris
operam dantem corrupit: Sz que maiore conatu
suscipiuntur peccata atrocius puniendа: Multa
et interdum in eodem confutando concurrunt, ut in eodem
exemplo vis hec virgo illa matrona; Locus in domo
illa hec in templo; Idem et ex diuisis colligitur ut vi
et magnitudine, At hec veste consecrata illa non cereri;
horum quodlibet sepe satis est confutanti: Confirmanti
id maxime cauendum ne similitudo negari possit;
neue aut reprehensum aut minus laudatum exem-
plum adducat:-

Comparationis finitimus est his Locus; valent autem
ex comparatione omnia que sunt eiusmodi Quod in-
re maiore valet valeat in minori, ut si adulterum
occidere licet et loris cedere; Non expugnaturum
romanos hannibalem quam nec galli; Si mundus
providentia regitur, et resp. regenda et si res. p.
et domus: Preterea quod in minori valet valeat
in maiori, ut Romanum facile persas superaturum
quam et grecus: Qui obrem iniquam iudicandam
pecuniam accepit et ob dicendum falsum testimonium
accipiet; Item quod in re valet valeat in isto qui par est;

comparatio

ut si Demostenes laudem meretur et Eschynes: Con-
silio iuuare ciues et auxilio equa in laude ponen-
dum est, pari ergo gl̄a ēt debent et qui cōsulūt
et qui defendūt At qd̄ p̄mū est qd̄ sequitur igitur:
A. maiori est ap̄ Ciceronē illud in verrem Quis
dubitet a Siculis petisse pecuniam verres cum a
M. octauio ligure postulauit; et virgilius tu potes
vnanimes armare in p̄lia fr̄es ex h° probat et ali-
os posse qd̄ vtiq; minus est: A. minori vt p. Sci-
pio pontifex max̄s Tiberium Graccum mediocriter
Labefactantem statum rei p. priuatus interfecit Catilinā
orbem terre cede atq; incendijs vastare cupientē nos
cōsules feremus: A. paribus nihil interest vtrū ipse
consul improbis actionibus pernitiosis legibus rem p:
vexet an alios vexare patiatur: In cōparandis
rebus spectatur Nūs, Spēs, vis, et quedam ad res
aliquas affectio: Nūs vt plura bona paucioribus
bonis anponantur; pauciora mala malis pluribus,
diuturniora bona breuibus; lōge et late p̄uagata
angustis, ex quibus plura bona propagentur, q̄q;
plures imitantur et faciūt: Spēs Que p̄p̄ se ex-
petenda sūt his que p̄p̄ aliud, Innata atq; insita.

Ci: in prima Inuectiua cōtra Catilinam

adiunctis et aduentitijs; Integra contaminatis, Jo-
cunda minus Jocundis; honesta ipsis et utilibus, pro-
clivia laboriosis, necessaria non necessarijs; Sua ali-
enis, Rara vulgaribus, Desiderabilia his quibus
facile carere possumus, perfecta incohatis; Tota partibus
rone utentia rois expertibus, Voluntaria necessarijs,
Animata inanimatis, Naturalia non naturalibus,
Artificiosa non Artificiosis: Vis sic cernitur: Effi-
ciens causa grauior quam non efficiens; Que se ipsis contenta
sunt meliora quam que egent alijs: Que in nra quam que in
aliorum potestate sunt sita, Stabilia incertis Que eripi
non possunt his que eripi possunt: Affectio ad res ali-
quas est huiusmodi. Principum commoda maiora quam re-
liquorum, Item Jocundiora que pluribus probata, quam
ab optimo quoque laudata, Atque ut hec meliora sic
deteriora contraria: Confutabitur comparatio si dice-
mus grecos persas minime superasse aut gallos expu-
gnasse romanos: vel si negabuntur minores greci ma-
iores galli tunc fuisse, Aut si asseuerabimus nunc for-
tiores persas aut romanos; quod a disciplina militari
et copia armorum que tunc fuit et nunc sit comproba-
bimus; Ad circumstantias et confugiemus si qua erit

que confutationem adiutura videntur. Et denique
omnibus illis modis quibus similitudini iudicato
exemplis occurritur licebit et comparationem impugnare.

proportio

Proportio est cum par pari confertur hoc est cum
fit quedam diligens per omnes partes similitudinis
comparatio quam Cicero collationem dixit: Ut si in ur-
be de finibus controversia est quia magis agrorum vi-
detur esse quam urbis finibus regendis educere arbitrum
possis. Sic si aqua pluvia in urbe nocet quia res tota
magis agrorum est aque pluvie arcende educere pos-
sis arbitrum: Differt a simili quoniam in illo tantum simi-
litudo quedam attenditur. In hoc totius rei proportio discu-
titur ut in exemplo: A simili erit gubernator non
sorte in navi sed iudicio eligitur. Ita oportet iudicio
quoque non sorte magistratus civitatis eligere: Idem a pro-
portione. Sic se habet ad navem gubernator ut ad rem p.
magistratus. At gubernator iudicio non sorte eligitur
eadem ergo ratione magistratus eligendi: A comparatione
minorum et maiorum differre proportionem
manifestum est cum in illis maius minusque afferatur
in ista pars parti in re tota equalitate quadam.

Confertur

confertur; inconfutanda huiusmodi argumentatio-
ne aut negabimus proportionis similitudinem aut si con-
cessa fuerit ad eventum confugiemus; puta concessa
in precedenti exemplo proportione dicemus nauis
nullum ex inde periculum imminere In ciuitate
euenire posse ut si semper ad prestantiores magistratus
deferantur quod res p. in paucorum potestatem concedat quod
ut in naui ne suspicandum quidem ita in ciuitate
vehementer timendum:

Contrariorum locus quinque partito tractatur sunt
enim aut priuationis et habitus, aut affirmationis
et negationis, aut relationis, aut oppositorum aut
disparatorum; Priuatio id quod innatum esse oportuit tollit, Eius oppositum est habitus: ab his ita
sumitur argumentum Non est oculorum proprium ut videant
multi enim cum habeant oculos carent visu, Item econtra Non est tantummodo cecus ille qui caret oculis
nam multos etsi oculos habeant cecos esse scimus: A
negatione est argumentum cum ab ea dependet affirmatio
et sic contra: ut nullam iniuriam Cartaginen
romanus intulit non belli causam aliquam dedit

Illi et pacem contempserunt et ultro socios nostros in
hyspania oppugnauerunt: ex quo factum est ut dii
immortales iure affricam rationis subiecerint; A re-
latione argumentum est ex contrariis cum relatiua ratione ab al-
tero alterum infertur: hoc modo vniuersa gretia Atheni-
ensibus subiecta fuit Toti enim gretie athenien impe-
rabant; Item carthaginenses romanis subiectos fuisse
constat non ergo dubium est romanos carthagini im-
perasse: Quis pater vult esse habeat filium: Confutantur
si aut vis aut illatio relationis negetur: Opposita
sunt que in eodem genere plurimum distant, Eorum quedam me-
diata quedam immediata vocantur; Mediata dicimus
cum vno remoto non necessario alterum ponitur, non enim
sequitur quod album non est id esse nigrum Sed quod album est
nec nigrum nec rubeum nec quicquid eiusmodi est: Imme-
diata sunt quorum vno remoto infertur aliud necessario:
vt hominem non sanum necessario egrum esse: et si frugalitas
bonum luxuria malum; Si qui prudens profuit premio
afficiendus qui obfuit affligendus: Disparata sunt
que sub eodem genere posita differentiis vel propriis separan-
tur, Ab his ita sumitur argumentum vt vno quodam posito

cetera omnia removeantur ut quod asinus est nec homo
nec leo nec capra nec tale aliquid esse potest; et qui ar-
gentum decem pondo deposuit is tantundem auri re-
petere non debet: Disparatum genere, differentia, proprio
quod soli accidat, Diffinitione, diversitate, oppositione contrarii,
oppinione quoque inferri potest: Atque uti diversitate horum
comprobatur ita differentiam, proprium, diffinitionem
diversa esse confirmat: In confutandis contrariis valet
plurimum consideratio sive ne re vera contraria nec ne
quod facile praeterquam in relativis assequemur. Si poterimus de-
monstrare ea quae tamquam contraria proferuntur sibi ipsis
convenientia hoc est simul esse posse.

Divisio est contrariorum disiunctio quae fit aut per negatio-
nem aut per partitionem: per negationem aut utile est nobis
indicere bellum scythis aut non. Sed non confert quie-
scere igitur utile est; per partitionem aut cum genus in
subiectas species dividitur ut animalium quedam ratione
utuntur quedam rationis expertia; Aut cum totum in partes
separatur ut domus in tectum parietes fundamenta:
Aut cum vox una in diversas significationes descendit
ut canis aut sidus aut terrestre animal aut piscis; Item
si quod subiicitur in ea quae sibi accidunt partiaris ut

homo aut sanus aut eger; Item si quod accidit diuersis
subiectis accomodes ut quod sanum est aut homo est aut ra-
tionis expers vel album in lac niuem et cetera eius-
modi Item si quod accidit in alia quoque accidentia par-
tiaris ut que sana sunt aut calida aut frigida: ab
his omnibus sic argumentamur ut vel uno membro diuisio-
nis confirmato reliquum remoueatur; Nam si necesse
est animal rationem vti aut non hoc autem rationis particeps est
necessario non caret ratione, vel uno membro remoto reliquum
inferatur, Nam si rationis particeps non est ratione priuari ne-
cesse est; Quod si tripartito aut pluribus membris diuide-
remus cum unum aliquid ponetur cetera tollemus, uno
remoto cetera cum disiunctione inferentur necessario: Quo-
rum etiam si alterum improbabis cetera sequentur; Quod fieri licet
quousque id quod affirmare volumus vi orationis inferatur:
In his omnibus quicquid infirmandum fuerit aut palam falsum
atque ideo negandum dicemus negationisque rationem adducemus,
ostendendo itidem quod nobis minime verisimile videri ad
uersariis illud quod sequitur si concederemus; Aut eo concesso mi-
nime sequi illud quod infertur asseuerabimus:-
Omplexionem dixerunt argumentum In quo ex propositis

utrum concesseris reprehenditur: ut aut sciebas
ea que suadebam in utilia rei p: aut non; si scie-
bas quare quod utile noras tacuisti, si nesciebas quare
alios accusas qui eadem in qua tu ignoratione fue-
runt, In hoc cum maxime fuerint opposite interrogationes
haud facilis erit solutio adversariis; quod si non direc-
te opposita proponentur, forma erit et non vis
complexionis, reprehendetur quoque facilius ut est illud
Si veretur quod eum accusas quod probus est Si non ve-
retur quod eum accusas qui id parvi existimet, Di-
cetur enim accusandus qui veretur ut se emendet
qui non veretur quia malus: quod genus argumenti ego
contrariorum divisioni subiecerim:-
Numerationem aut partibus aut diffinitioni que
fit per partitionem Inserendam puto, Ea fit aut expo-
sitis totius partibus aut Rei ipsius Speciebus omnibus
si deinde ceteris confutatis una reliqua confirmatur;
ut si ab isto hominem occisum dicis cum sine causa nunquam
suscipiatur malefitium necesse est aut metu aut
odio aut spe alicuius commodi aut amici cuiusdam
gratia id fecisse, Sed neque metum neque odium nec
spem aliquam nec ad aliquem istius amicum mor-

tem illius pertinuisse probare potes, relinquitur
ab hoc non esse occisum; Que argumentatio tunc de-
mum reprehenditur si aliquid in enumeratione a nobis
pretermissum fuerit quod ab adversario possit in contra-
rium allegari puta si iracundia diceret adductum
ad malefitium; Aut si non solum illa enumerata sed demonstrentur
pleraque graviora esse que hominem impellant in malefitia:
Ubiectionem inter exornationes posuerunt sed cum habeat
probationem similem enumerationi inter argumenta retulerim:
Fit autem subiectio crebro interrogando adversarios
aut nos met ipsos quid ab illis aut quid hic nos dici possit:
Deinde subiicimus id quod oportet dici aut non oportet,
aut quod nobis adiumento futurum aut illis obfuturum sit,
Ita: Unde tam pecuniosus factus est quero, patrimonium
sibi amplum relictum est aut patris bona venierunt;
hereditas aliqua obvenit, non potest dici sed et ab omnibus ne-
cessariis exhereditatus est; Ex mercatura cui operam
dare instituerat quantum magnum consecutus est; non modo
id non est factum sed ea et que habere videbatur amisit
Ergo si his rationibus locupletatus non est sicut omnes videtis
aut isti domi nascitur aurum aut unde licitum non est
pecunias accepit: Differt ab enumeratione quod in

illa rōes oēs quibus aliquid fieri possit ad hoc ut vera
sit cōprehendere oportet ac tollere. Iniusta ea tm
q̄ ad rem faciūt afferre et īfirmare satis est: hoc mō:
Tam valida numidarū multitudīe circūdatū quid
facere oportuit, dimicare? at multo inferiores nūo
eramus: Castra tueri et obsidionem pati? At
Exercitus siti et fame cōficiebatur; Moliri fugā
At undique obsidebar: vitam militū negligere?
At id magno detrimēto rei p. futurū existimabam:
Iugurte cōditiones aspernari, at alr̄ salutem mi-
litibus dare nō poteram; hic dicendi modus cum
locorum temporū rerūq; rōes et cās ante oculos
ponat facit nonnūq; ut que probabilia sūt vera
et necessaria videantur; Infirmatur aut si aliquid ne-
cessariū obmissum dicemus aut si aliquid etiā satius
facere fuisse dicemus:
Vic finitimū locum tenet exornatio illa per quam
crebro nos met a nobis petimus uniuscuiusq; pro-
positionis rōem, que et cū nō solū exornet orōnem
et attentionē cōciliet sz et vim quādam probationis
afferat ad argta transferre placuit, fit aūt hoc mō:
Athenienses diligentem phyē operam impendebāt:

Qr sic. Qm recte senserunt liberales artes in primis
assequendas esse: Cur ita. Quia ex illis putabant
fieri ut quanto natura hominis ceteris animantibus prestantior
tanto ipsi rudibus et indoctis hominibus preferrentur.
Qr hoc. Quia ingenium nostrum nisi excolatur agre-
ste omnino ac sui ipsius dissimile est, Et cetera eiusmodi
que infirmantur infirmata una aut pluribus
rationibus; Ceterum veluti satis est primam infirmasse
rationem, Ita si aliam quam prius ex posterioribus confuta-
veris deveniendum erit ad primam ut totum tollatur argumentum:
Implices conclusiones in quibus ex antecedenti aliquid consequi
necesse est ut si hominem constat in provincia occisum quo tempore
hic nobiscum erat necessario sequitur ab isto non esse occi-
sum; Aut si heredem fecit dilexit, Si rapuit amavit,
quis non viderit aut ex causis aut ex effectis aut ex conse-
quentibus duci: Infirmantur aut negatione antecedentis
aut consecutionis si minime coherere dicantur, puta
si negetur homo hic nobiscum fuisse; Aut contra dilectionem
filiorum adducatur medea que suos interfecit: Licet et
has exornare et quatrimembres facere ac per oppositum
efferre hoc modo Si ego eo tempore quo hominem occisum esse
constat hic fuissem esset fortasse iudices non aliquid de me

suspicandi: Nec vero cum eo tempore in provincia fuerim
nihil est propter quod commissum a me maleficium credi
possit: Simpliciter conclusio erit si dicemus in pace
consuetudines legesque audiende sunt in bello neces-
sitati rerum ac temporum omnia accommodanda: Exor-
nabitur hoc modo: Oportet contra Cymbros novo exem-
plo C. Marium imperium continuare, Nam si pax
esset et nullus nos ad novas excogitationes cogeret licentque
nobis ex sententia animi nostri deliberare, nunquam ego inno-
vandum aliquid contra exempla atque instituta maiorum
dicerem Quirites: Contentus enim esset his moribus his
legibus eaque consuetudine que a maioribus tradita est:
Nunc cum bellum acerrimum urgeat, hostis in Italia sit
ac iam prope urbi imminent, qui libertatem salutemque no-
stram tueatur vel contra instituta civitatis novo exem-
plo si non esset quereremus: Nunc autem cum eum habeamus
imperatorem qui longe omnibus aliis antecellit, quid est quod du-
bitemus propter leges que inter arma silent in annum inse-
quentem imperium sibi et rerum nostrarum tutelam committere:
Ee sunt fere probationum sedes in universum, quas nec
generatim tradere satis est cum ex qualibus earum innuma-
bilis argumentorum copia nascatur; Nec per singulas species exequi
patitur natura rerum; Quod si qui facere conati sunt

duo pariter subierunt incommoda ut et nimium dice-
rent nec tamen totum: Illud adijciendum necessario
quod totidem argumentorum species possunt esse ficte quot sunt
vere: Licet enim in quacumque specie fingere idest proponere
aliquid quod si verum sit aut questionem solvat aut adiu-
vet, deinde id de quo queritur facere illi simile; ut in
lege qui parentes non aluerit vinciatur non alit quis
et vincula nihilominus recusat utetur fictione
simili si infans sit si rei pecunia absit; Et illa contra op-
tionem fortium si tyrannidem petas si templorum eversionem:
plurimumque ea res virium habet contra scriptum: valet etiam ad qua-
litates, si Catilina cum suo consilio nefandorum hominum
quos secum adduxit hac de re posset iudicare condemnaret
L. Murenam: et ad Amplificationem si hoc tibi inter-
cenam in illis immanibus poculis tuis accidisset, et si res p.
vocem haberet: Illud preterea notandum quod non solum
fingere aliquid licet ad comprobationem rei nostre homo
eum ne quem si tantum boni fecisset quantum malorum et
incommodorum intulit maximis muneribus afficeretis ab hoc
iudicio impunitum dimittetis: quod a contrario fictum
est, sed medium est tota res tamquam non facta fictoria
ratione explicatur puta si qui tyranno dominationem

deponere persuasit dicet; Quid si non fecissem et factu-
rum me polliceretur, nonne omnia maxima mihi decernentis;
quam fictionem licet a minori sic exaggerare Quod
si ex sola pollicitatione honorandus esset quanto magis
re perfecta; hec ratio fingendi non solum probationes
adiuvat, verum et copiam rerum facultatemque mira-
bilem ad dicendum suppeditat. Sed iam de argu-
mentatione que est argumenti ipsius explicatio dicen-
dum est ut non solum locos ex quibus argumenta ducuntur
sed et rationem quomodo inventa commode atque ornate
explicemus teneamus:

Argumentationem quidam per Inductionem alij per
Raciocinationem explicauere: Inductio est ar-
gumentatio que rebus non dubijs concessis per similitu-
dinem rem que dubia erat comprobat; Ut si quis
contra Epaminundam Thebanorum imperatorem qui paucos
dies contra legem exercitum tenuerat Lacedemoniosque fun-
ditus vicerat defenderet scriptum contra sententiam hoc
modo: Si Iudices id quod ait Epaminundas legis scripto-
rem sensisse adscribat ad legem et addat hanc exceptio-
nem Si quis reip. cum exercitum non tradiderit patie-
mini? non opinor: Quod si vosmet ipsi quod a nostra

relligione et sapia remotissimum est istius hono-
ris causa hanc eamdem exceptionem iniussu ppli
adscribi ad legem iubeatis ppls Thebanus id patie-
tur ne fieri: profecto nō patietur: qd ergo adscribi
ad legem nephas est id sequi tamq̄ scriptum sit vobis
rectum videatur novi vrāz intelligentiaz nō pōt
ita videri iudices: qd si lrīs corrigi neq̄ ab illo ne-
q̄ a vobis scriptoris voluntas pōt, videte ne mlto
indignius sit id re et iudicio vrō mutari qd ne ver-
bo qdem cōmutari pōt: Item contra pretorem qui
egrotante consule feliciter pugnaverat et sibi decer-
ni triumphum petebat Consul hoc mō Inductione
uti potuit: Si varijs sententijs pugnandum nec ne
esset eo die quo tu pugnasti dissensissemus cuius senten-
tijs paritum foret: nō est dubium qn meis: Qd si diver-
sa fuissent auspicia et mea qdem pugnādum eo die
īnuissent tua cavendum ēē ab hostibus meis ne au-
spicijs pugnādum fuisset an tuis qescendum: me-
is scilicet qui cōsul eram parendum fuit; Age vero si
sententia mea meisq̄ auspicijs pugnatum prospere
est equum ne tibi id honoris assequi videtur ea ex
re in qua nec sententia nec auspicijs tuis qcq̄ agi

oportuit: In hoc gñe maxe cauendum ne quid
proponamus qd iure negari possit: deinde ut illa
que premittuntur similia sint manifeste ei qd
inferre volumus; Nam si aut infirmum aliqd premit-
titur aut dissimile infertur facile reprehenditur
argtio: Preterea utile est repentina quadam
interrogatione aduersarium aggredi, ne sentiat quem
ad finem tendat Inductio Tacendo enim aut male
respondendo argumentationem progredi non sineret:
hoc commode euitabimus si sermonem conuertemus
ad iudices et nosmet responsum subijciemus
ut in superiori exemplo: Illud ad extremum sciendum
inueniri Inductionem ex omnibus locis ex quibus simi-
litudines et exempla, plurimumque in huiusmodi argu-
mentatione valent illa que per fictionem tamquam vera af-
feruntur ad similitudinem inducendam:-

Aciocinatio quinque partito diuiditur, habet enim
Propositionem Rationem Confirmationem Exor-
nationem conclusionem: Propositio est per quam
summatim ostendimus quid sit id qd probare
volumus; Ratio est causa que demonstrat
verum esse id qd proposuimus uno uel pluribus argtis

Confirmatio ē que rōem expositam corro-
borat: Exornatio ē que rei collocupletande
ac vehemētius hōestande cā sūmitur: Conclu-
sio est que postremo breuiter colligit diffusius
dictas partes argumētationis; hō mō: Omnes
leges Iudices ad cōmodum rei p. referri opōtet,
et eas ex utilitate cōi nō ex scriptiōe q̄ i lr̄is est
interpretari: Rō: Ea ē virtute et sapia scriptōes
legum fuerūt vt i legibus scribendis nihil sibi ali-
ud nisi salutem atq; utilitatem rei p. proponerent;
neq; enim ipi qd obeēt scribere volebant, et si scrip-
sissent cū intellectum eēt repudiatū iri legem
intelligebāt: Cōfirmatio: Non ē leges legū cau-
sa scribuntur sed rei p: qd ex legibus putāt omēs
rem p. optime administrari; que si aut tollan-
tur aut pernitiose sint, res p. nō mō cōmoda sua
et utilitates retinēre nō potest sine qdem subsi-
stet: Exōnatio: Atq; iō vt a medicina nihil
opōtet putare proficisci nisi qd ad cōporis valien-
tem spectet qm̄ eius cā est instituta sic a legi-
bus nihil conuenit arbitrari nisi qd rei p. con-
ducat proficisci; Eamq; ob cām maiores nr̄i

multa fecisse inveniuntur in quibus non quod scriptum
esset in legibus secuti sunt, sed id quod utilitas aut necessi-
tas rei p: exigebat; veluti nunc Epaminundas dux
dux vester qui si scriptum sequi voluisset intelligebat
se rei p. libertatem prodere vosque et fortunas ve-
stras hosti tradere, atque ideo satius duxit omnia ea
servare pro quorum conservatione leges inventae sunt
quam cum pernitie rei p. scripto obtemperare; Conclusio:
Ex quo sequitur quod si omnes leges propter utilitatem rei p:
scripte sunt et secundum illam interpretentur oportet,
non possit Epaminundas cum rem p. et ea omnia propter quae
leges scribuntur servaverit aut videri aut dici legi-
bus non obtemperasse: Item econtrario: Iudices
cum iurati ex lege iudicetis verborum legis maximam rationem
habere oportet: Rs: Nam nisi quod scriptum est sequa-
mini vel eo ipso iniusti videri possitis quod cum
verba legis in promptu essent coniecturas sequi
malueritis; Confirmatio: Quod enim magis legiti-
mum aut certius testimonium esse potest voluntatis
scriptoris quam id quod ipse magna cum diligentia et cu-
ra perscripsit: Quod si litere non extarent magnopere
eas requireremus ut ex his voluntas scriptoris cogno-

sceretur: Exõnatio: Neq; võ ut arguti patro-
ni faciũt ĩ manifestis delictis qui cũ crimen nega-
re nõ possint reorũ adducũt voluntatẽ et nõ
qd factum sed qua mẽte factũ attendendum ẽt
asseuerãt, ita et iudices ĩ rebus iudicandis debẽt
obmissis verbis legum que certa sũt mẽtẽ scripto-
ris per coniecturas indagari: Illis enĩ ex profes-
sione sua licet pro tuendis illis quos in fidem
receperũt ad qdcumq; defensionis gñs confugere;
Iud' võ sequi opõtet certa vba in que iurauerũt,
a quibus si recederẽt preter id qd contra rel-
ligionem suam facerẽt omnem ẽt iudicandi ra-
tionem tollerent ĩ perpetuũ; fore enĩ incertum
qd a iudicantibus sequi conueniat ĩ iudiciis si que
ĩ legibus continentur rata nõ erũt, sz ex ĩgenio
semp alr atq; alr interpretari pmittentur: Cõcl'o
Qd si mens legis nullo mõ certius q̃ a scripto colligi
pot vos võ nõ ad interpretandam scriptoris volunta-
tem sedetis sz ad iudicandum scdz vba ĩ que iurastis,
nõ debetis eius qui contra legis scriptum se fecisse
fatetur excusationẽs existimare, sz ad destinatũ

illi p leges supplicium iudicare; Hec est for-
ma quinque partite Raciocinationis quam tam et
quatripartitam facere licebit et Tripartitam cum aut
propositio Rone non eget aut exornatio pretermitti-
tur aut utrique simul supersedetur: ut si hoc modo
Arguamus; Melius accurantur que consilio
quam que sine consilio administrantur, propo-
sitio per se clara erit, atque ideo pretermissa rone sic
exornabitur, Domus enim illa que rone regitur
omnibus instructior est rebus et apparatior
quam que temere ac nullo consilio administratur;
Exercitus is cui preponitur est callidus et sapiens
imperator omnibus partibus commodius regitur
quam is qui stultitia et temeritate alicuius ad-
ministratur; Eadem navigii ratio est nam na-
vis optime cursum conficit illa que scien-
tissimo gubernatore utitur: Deinde assumemus
id quod inferre volumus, Nihil autem omnium rerum
melius regitur quam mundus omnis cum signorum

ortus et obitus diffinitum quendam ordinem
servent et annue commutationes non modo quadam
ex necessitate semper eodem modo fiant verum
ad utilitatem quoque rerum omnium sunt accommodate
et nocturne diurneque vicissitudines nulla in re
unquam mutate quicquam nocuere quae signo sunt omnia non
mediocri quodam consilio naturam mundi admi-
nistrari, ex. rn concludemus, quod si melius
geruntur quae consilio quam quae sine admini-
strantur, nihil autem melius administratur
quam mundus omnis consilio igitur mundus administra-
tur: Tripartita erit; Aut metuamus
carthaginensem oportet aut eorum urbem diru-
amus, At metuere quidem non oportet Restat
igitur ut urbem diruamus; Qui hiparti-
tam posuere velut ubi Cicatrix est vul-
nus fuit argumentum non argumentationem
proposuere: Sed ut facilius et absolute Argu-
mentationem explicare possimus Demonstrandum est

quibus ex locis quoque ipsius pars inveniatur
ac primum illud notandum:
Ocorum omnium ex quibus probationes eliciuntur
quosdam principales esse reliquos secundarios ap-
pellari: Principales sunt loci constitutionum
et partium earum quas in aliqua circumstantia fun-
dari diximus, dicetur quoque latius posterius cum
seorsum tractabimus de singulis causis et cuiusque
propri ac principales loci adducentur ut quaeque causa per
membra sua quam absolutissime cognoscatur: Ex
principalibus itaque locis trahuntur propositiones
convenientes ad causas propositas, ut in coniecturali, de-
fensor que causa malefitii suscipiendi, quis vidit
ubi vidit, quando vidit; plures enim ab unoquoque princi-
palium locorum propositiones fluunt: Item ecuatoria
non est querenda causa ubi signa rem indicant, pro
testibus sunt signa et argumenta que corrumpi non pos-
sunt: Item in iuridiciali, non oportet contra instituta
maiorum legesque civitatis aliquid innovari; Item

opz Tempore belli: Opponitur aut propositio nostra con id qd adversarius dixit vl dicturus existimatur: Secundarij loci st Topici et gnaliter oes ex qbus ad inventam propositionem conveniens trahitur argumentum, hoc est qui rationes confirmationes expolitionesq argumentationum subministrant; Differt vo argtum ab argumentatione, illud enim est inventum qd ppositione una ac brevissimis verbis rei dubie fidem facit. Argumentatio eiusmodi inventi vim expolitione quadam orationis auget et illustrat: puta si inventum illud mulier q peperit cum viro concubuit tripartita ratiocinatione sic expoliatur Quecunq mulier peperit cum viro concubuit, hec peperit igitur cum viro concubuit: Educta itaq propositione ex aliq principalium locorum ratio adducenda est que ab oibus circumstantijs invenitur Puta si ulixes defendendo se dicetur nunq cogitasse se de inferenda morte Ayaci nec credendum esse de tanta re suspitionibus; postq propositum

esset contra eum hoc modo Et si iudices satis esse de-
bent ad probandum Ayacem ab ulixe interfectum
quod inimicus ayax quod eo vivo incolumem se
minime fore intelligebat ondam tamen etiam
occasione quadam ad transigendum melefitium
veluti provocatum fuisse, cui propositioni sic a,
persona ro subijcietur; Nam cum homo nefarius et
cruentus animadvertisset eum virum a, cuius salute
perniciem suam pendere sciret securum atque incau-
tum inambulantem ea in solitudine que arborum
frequentia undique prospectum eriperet facile ar-
bitratus est id quod factum esse constat ut antequam Ayax
quicquam presentiret gladio transfigi posset: Est ro
hic mixta et a, Rei et ab adversarij persona, licet
erit tamen a, nostra quam ab aliorum persona rationes elicere; nam
quatrupliciter ad rationem propositionum persona adduci
potest ut diximus in exordijs videlicet nostra iudicis
adversarij et eorum qui sunt extra causam: Sed et ab aliis
circumstantijs ut dicetur inferius rationes mutuan-
tur; Que deinde aliqua sententia confirmantur
cui plerumque commode subijcitur contrarium, ut in prece-

dentis exempli rōe cōfirmāda si diceremus:
Cōsueuerūt enī hoīes quorū vita a scelere nō
abhorret p qdcūq; facinus inimicitias suas
prosequi, atq; id cū silue opacitas et solitudo
pterea inimici securitas tā pficiendi q celan-
di malefitij spem suggererēt facile ad id pellec-
tus est facinus i quod odiū inimici palam
atq; i aperto i pulisset si clam et p insidias occa-
sio nō affuisset: Est enī sniā oro p quam
dicimus aliqd aut debēre aut solere fieri vel
qa iustū vel qa legitimū aut vtile aut honestū
aut iocundū aut facile ac possibile aut necessa-
riū existat: porro iustū ē est qd omnū aut plu-
rimorū nō scripta lege sz cōsuetudine veluti
sanctū est puta parentes honorare, amicis bnfacere,
bnfitijs grām referre et cetera eiusmōi; Legitimū
ē qd leges iubent; vtile pnciū bonorū cōser-
vatiōe et absentiū assecutiōe aut instantiū
aut futurorū i cōmodorū ppulsatiōe colligitur;
Honestū ē ex q splendor aliqs et illustratio ema-
nat ad eos q aliqd cū virtute gesserūt; facile

est qd minimo labore et tempore ac ipensa bre-
vi pficitur ; possibile est qd nā pfici pōt ; Necessa-
riū est qd ut fiat arbitrij mi nō est sz aut ex
diuina aut ex humana q̄pia vi pendet ; Ex horū locorū
aliq educta fmā aut cōtrario cū rōnē cōfir-
mauimus utrāq exōnare oportebit Similitu-
dinibus et exemplis ex quibus cōstat tota exōnā-
di ratio ; Cetrum cū similitudines et exā sint aut
i rebus aut i pīs exōnationē qq a circūstantijs fluē
dici pōt ; Erit vō pcedentis cōfirmationis talis
exōnatio ; ut enī boni viri et inocentes nullo
mō adduci possūt ut ab offo discedāt sic mali
et scelesti plerūq ex sola occasione peccāt ; Qd si
occasioni odium atq audaciam addideris nullū
est tam tetrū ac nepharium scelus q nō facile cō-
mittatur, quo vō odio adūsus emulos atq inimi-
cos rapiatur ulixes qua ve audacia ipos psequi
cōsueuerit Testis est idigna mors palamedis
quē nō p insidias aut i deserto, sz i loco celeberri-
mo i pco iudicio vobis spectantibus p fraudem
et dolum extingui curauit ; Que argumen-
tatio sic cōcludetur, Est enī cōclusio Oratio

que ondit ex his que dicta sunt in confirmatione
et exornatione effici id quod dictum est in expositione;
hoc modo: Quod si ulixem scelestum atque audacem
iam pridem nostis nec ignoratis quam acerrimo
persequeretur odio Ayacem non est quod dubitetis
cum solitudo et silua occasionem prebuerit tollendi
e medio incautum atque internem inimicum quin
morte illius non solum odium suum explere sed
se et perpetuo timore liberare voluerit: Ex his
patet propositionem ex locis principalibus trahi;
Rationem a circumstantiis; Confirmationem fieri
per sententiam et contrarium: Expolitionem per
similitudines et exempla: Conclusionem elici ex
his que confirmatio et exornatio adduxit: Sed
cum Ratio in precedenti exemplo a persona ducta
sit, ut qualiter ab aliis et circumstantiis mutuetur
intelligi facilius possit exempla subiiciemus:
Arguit Cicero Catilinam coniurasse contra
libertatem patrie ideoque eiiciendum esse e ciuitate;
Ille negando se defendit, et a petitione testium
sic proponet; Nisi tam atrocis criminationis testes

Adduxit

adduxit nō est audiendus Judices: Rō a. p̄ Ea ē
nobilitate hisq̄ maioribus natus sum ut sine
testibus id de me suspicari minime debeatis: Itē
a p̄ aduersarij, Atq̄ iō potius eijciendus est Cicero
cū hec sine testibus dicat q̄ m̄ semp̄ inimicus
fuerit; Aut ex vtrisq̄: hōi enim nouo et Ambi-
tione corrupto sine testibus p̄ Inuidiā ī nobi-
lissimos hōies atroces suspitiōes cōcitanti mi-
nime credendum: Itē a p̄ Jud: Nam vestre
prudentie Judices est nō eam potestatē talib̄
viris dare ut fictis argumētis nobilissimos
hōies circumueniat: A. Re: Nihil enī sine te-
stibus Judices in Juditio credendū est; vl̄ sic Nō
enī tanti sceleris suspitiōem admittē debetis:
A. loco Neq̄ ī Re p: ubi oēs libē viuimus nisi
testibus probauis audiendus es; ac iō magis ex-
pellendus ne si fictis argtis locus dabitur mltos
nostrorū hij noui hōies depellē conentur: A.
Tempore, et In hoc tempore maxē ī q̄ pp̄ simul
tates nullus est q̄ cōmina falsa nō excogitet;
Item econtrario p̄ Inficiationem: Nō oportet

testes tue conjurationis querere Catilina: Ro a p^a
Nullus enim prohibere testimonium de te voluerit nisi
vitam omnino contempnat, quem enim iste insidijs non
trucidaret qui se testem huius rei offerret: Item
Ita enim a pueritia vixisti Catilina ut facile de
te omnia et sine testibus credi possint: A Re: hu-
iusmodi enim scelera quam occulte preparantur ne si
manifestentur auctores in penas et cruciatus rapi-
antur: A. Causa Nam si testes expectabitis an-
tequam eos inveniatis opprimemini: Tam a Re quam a
Ca: Tanti enim facinoris ac proditionis testes non
expectandi, ne antequam ipsos invenias vestra negli-
gentia in ius et potestatem alienam veniatis: A. loco: in
hoc enim nostro centumvirali iuditio opus testibus
non est ubi prudentia iudicum facile ad veritatem
solet ex signis et coniecturis penetrare: A. tempore,
Et his temporibus maxime Argumentis non testibus veritas
querenda in quibus cupiditate novarum Rerum pene omnes
transversi feruntur: Item nunquam prodere pa-
triam voluissem: Ro a Re: pessimum enim omnium
atque atrocissimum proditio quam nemo umquam bone

mentis compos machinatus; Item neque enim plurimis
quos nec a re p. honores partim habeo partim ha-
biturum me spero tam atrocem tam iniquam tam in
ipsi periculosam rem preponerem: A. pa tam sua
quam adversarij, An ego voluissem eam Remp. per-
dere quam mei maiores illustrauerunt presertim cum
eam M. Cicero ciuis inquilinus saluam esse velit:
A. loco: Neque patriam carissimum solum ubi natus
ubi educatus sum prodere voluissem: A. Tempore,
presertim eo tempore quo summum honorem consulatus
a pp. me consecuturum sperabam: A. Cum et si pos-
sent dici hec facinora cogitare illi qui egestate qui
ere alieno premuntur quoque odio ciuium prosequuntur
se diuitijs habundare ac honoribus summoque amo-
re ciuium coli: Item Si dicamus conseruandas
leges nihil innouandum; A. loco quod in re p. maxime
leges conseruande sunt: A. pa Romanis maxime
qui legum conseruatione commendantur: A. Tempore,
his temporibus maxime quibus periculosum sit aliquid
innouare: Pro obsistentiam postea, Et si aliquid in-
nouandum non tamen hec lex commutanda: A. Re

maxime enim Res ac rei p. utilissimas continet;
a tempore: Et si alias mutanda esset non tempore belli
ne tumultus forte ex tam ortus civitatem everteret:
hec non ut omnia exequerentur posita sunt infinite enim
ab uno quoque loco trahi possunt tum propositiones tum rationes
sed indicare placuit veluti ab unaquaque circumstantia
Ratio elicitur: Nunc si unius cuiusque premissarum
rationum afferre vellemus confirmationes atque exor-
nationes longum et pene infinitum esset; Atque ideo
uno atque altero exemplo posito ex quibus reliqua per imi-
tationem assequi possint ad reliqua procedemus:
Rationem igitur illam catiline: Ea enim nobilitate hisque
maioribus natus sum ut sine testibus id de me
suspicari non debeatis hoc modo confirmabimus:
Nam cum proditio sit omnium pessimum atque atrocissimum
facinus et quod nunquam nisi perditissimi cives machi-
nati sunt minime credendum est hominem tam am-
plissimis ortum parentibus quam ego sum tam nepha-
rio scelere se contaminare voluisse a quo et eorum
qui mediocrem locum tenent in civitate animus abhorret:

Quam confirmationem sic licebit exornare quod si eos
a quibus adepti sumus aut speramus aliquid bene-
ficium salvos esse volumus quo animo in rem p. esse debe-
mus que nobis omnes honestas rationes vivendi dederit ac
datum sit, et que sine iniuria omnium divinarum
humanarumque rerum violari minime potest. Neque
si reperti sunt aliqui qui per facinus conati sunt patriam
opprimere ideo credi oportet esse magis quam facinoro-
sorum scelus per infamiam sequi malint quam imitari
gloriam illorum qui civitatem suam consilio aut armis
iuverint ac servaverint: Item Rationem illam de
servandis legibus a loco tractam quod in re p. le-
ges maxime servande sint confirmare hoc modo poti-
mus: Nihil magis necessarium quam ea rata esse
in re p. per que ipsa subsistit. Nam si sublatione legum
et sanctionum nomen civitatis amittitur non est dubium
quin tanta severitate leges custodiende sunt quanto stu-
dio habenda est ratio de incolumitate civitatis: Nec
si in bello quicquam innovare licet propter necessitatem in-
stantium periculorum ideo et in pace cum nulla

opportunitas urget debemus novo ex quippiam in pri-
sanctionibus innovare: Que confirmatio sic exornabitur:
Quod ne fieret Charundas Thyrius qui legem tulerat
neque armatus in contionem veniret cum postea rure
rediens casu cum gladio in contionem venisset eodem quo
accinctus erat ferro incubuit; intellexit enim id ipsum
esse in re p. leges quod in corporibus nostris sunt nervi, nec
secus civitatis si leges aut ex toto aut ex parte
abrogentur labefactari ac dissolvi quam membra
nostra si nervorum ligamenta succidantur; Eademque
est Ratio confirmandi exornandique ceteras Rationes:
Illud adiciendum quod exornationi que ut premittitur
a secundariis locis emanat non solum utiliter
licet sed ornatissimum esse est fictorium aliquid addere, ut
si confirmandum esset, Imperium contra Mytridatem
continuo deferendum esse pompeio; quod maiores
eundem Scipionem tam in Affrica quam in hyspania bel-
lum gerere voluerunt, Ex iam fictorium
enthymema afferretur quod si tunc maioribus
aliquis persuasisset modum Imperio statuendum

aliusque quam Scipio in Affricam missus esset pro-
fecto tantam nunc Gloriam capta atque diruta
charthagine populus Romanus non haberet:
Subditur autem commodissime fictorium exemplis
post omnes locos expolitionis:
Et staret nunc ad absoluendam omnem confirma-
tionis rationem ut argumenta que in artificialia dicun-
tur explicarentur, sed quia in exponendis locis
topicis pleraque de confutatione argumentorum que ex illis
fluunt dicta sunt commodum videtur esse Argumen-
tationi confutationem subdere ut positis ubique iuxta
se affirmatione ac solutione facilius et commodius
utriusque vis intelligatur quibus absolutis in arti-
ficialia una cum confutationibus suis prosequimur;
Dictum est quemadmodum si proponimus ad utilita-
tem nostram tractande sunt propositiones Quod si ab adver-
sario proposita confutanda erunt Quatuor maxime
partibus solutio exornabitur scilicet propositione, sub-
latione, opposita propositione, opposita sublatione: Est
autem in confutando propositio sublationis pollicitatio;

Sublatio est ipsa aduersarij propositio, Opposita
propositio est sublationis pollicitatio, Opposita sub-
latio est propositionis aduersarij solutio: ut in exemplo:
Aduersarios ita asseuerasse audiui hec propositio erit
Confutantis; Non oportere aliquid innouare hoc erat
propositum ab aduersario; Id falsum esse haud diffi-
cile est demonstrare hec erit opposita propositio Cui
subijcitur opposita sublatio hoc pacto Nam quis
non viderit tempore belli, multa innouari opor-
tere, Et hoc secundarijs locis confirmabitur veluti
supradictum est de argumentatione: Has omnes par-
tes confutando occupare ornatissimum est; Non-
nullas esse aliquando relinquere breuitatem affert et
vehementiam orationi; ut Cicero pro Archia poeta;
hic tu Tabulas regis heracliensium que sub-
latio est Et statim subintulit rationes solutionis;
Nam solutio ita facile subauditur ut commodius
ac vehementius sine ea efferatur oratio; Ceterum in
confutandis aduersariorum propositionibus Efficacissima
est violatio Idest inuersio rationis aduersarij ad utilita-
tem nostram, ut si contra detestantem connubia

qd aut liberorum aut vxoris morte plerumq
luctus maximus accidat Dicamus matrimonium
nomo hec incommoda ex natura sua non inferre, Sed
et superinducta vxore alia liberisq aliis procreatis
eiusmodi molestias et luctus ab animo propulsare:
Qd si violatio non succurret inficiatione aut obsi-
stentia vtemur 3o modo; Oportet aliqd innouari
Solutio per inficiationem immo non oportet; per obsistentiam
vero non hoc tempore vel hac in re vel in hoc homine:
Item hoc difficile factu est; immo non difficile;
Et si difficile tamen faciem; hec de verarum propo-
sitionum solutione; Nunc ne vitiose aliquando propo-
namus aut rationes, approbationes expolitionesq vitiosas
afferamus, notanda sunt que in vnaquaq argumentationis
parte vitia sunt euitanda, Ac primum in propositione
que vitiosa est cum qd raro fit nunquam fieri aut qd pau-
ci faciunt nullos facere proponimus; Item si qd pau-
cis in locis inuenitur nullibi inueniri dicimus et his
contraria vt si qd ad plures pertinet ad omnes qd crebro fit
semper fieri qd multis in locis vbique inueniri asseueramus;
puta si proponatur neminem vno aspectu in amorem

Vitia propo
sitionum

incidere; vel nullum his temporibus utilitati honesta-
tem preferre et his similia atque opposita que clariora
sunt quam ut exemplo sint indicanda: Ratio quam
a circumstantiis duci diximus quando a persona mutuatur
vitiosa est si ab officio dissentit ut si dicas oratoris
esse vel mendacio rem suam confirmare; Si habet in se
offensum puta si dicatur iudices ut plurimum corrupti aut
iniquos esse solere; Si sero et transacto negotio affer-
tur ut si mihi in mentem venisset non commisissem iudices etc.
Cum a re ducitur vitiosa est si ea re que plura
significat pro certo unius rei signo abutitur ut quam
pallet egrotavit; Item si falsa est ut phrya vitanda est
affert enim socordiam et desidiam; Si parum firma
hoc est quod pro amplitudine rei parvam affert causam ut uti-
le est habere amicos habens enim oportet quibuscum iocari
possis; Si non est accommodata hoc est que alii quoque propo-
sitioni possit accommodari, ut bonum est uxorem ducere
ut habeas qua cum vivere possis hoc sorori quoque et matri
accommodari potest; Si idem quod in propositione dicit ut
malum est avaritia multos enim magnis incommodis
pecunie cupiditas affecit: Cum a tempore et
loco Ro affertur considerandum est ut eiusmodi

Vitia Rois:

sit quale aliquid asseuramus et nam loci opportunitati
temporis conueniat; De modo similiter considerandum
erit ut verisimilis afferatur et rei ac personis conueniat
ne refelli possit aut eam rem eo modo fieri non solere
aut personas eiusmodi esse ut eo modo fecisse non facile
credatur: Confirmatio quam ex sententia
et contrario fieri diximus infirmabitur ab aduersa-
rio si id quod solere aut debere fieri per sententiam
diximus quia iustum aut quia legitimum aut utile
aut honestum aut iucundum aut facile aut necessarium
non tale ab omnibus habebitur sed alie atque alie erunt ea
de re opiniones consuetudines leges instituta: In
contrariis efferendis, considerandum est ne inter se conue-
nire possint illa que veluti contraria proferuntur:
ut si quis dicat bellum fugiendum si pacem sequimur,
possent ista coherere adiectione alicuius circumstan-
tie puta cause aut temporis ex quo ostenderetur id bel-
lum non solum proposito nostro de seruanda pace non
obstare verum et commodum esse. Vitandum preterea ne aut
totum aut pars contrarii negari possit i puta si negare-
tur in nocte omnino quiescendum quod in die operari oporteat
Contra dicentem quoniam si dies est operari oportet nam si nox
esset quiescere oporteret i sunt preterea in contrariis illa omnia

Confirmationis
Infirmatio

cōsideranda de quibus supius facta est mēcio in ex-
plicatiōe Loci qui ab oppositis seu a contrario nōiantur:

vitia expolitionis: In expolitione vitia euitabimus si obseruabimus recte
singula que supius precepta sūt ubi habita est mēcio de locis
qui a similitudinibus exemplis ac rebus iudicatis
mutuantur ex illis enim tota exornandi rō cōficit:

vitia cōclusionis: In Conclusione vitium erit si inferetur id quod nō
sequitur ex his que premissa sūt hoc mō si in exercitu
venisses a tribunis militaribus visus ēēs nō es aūt
visus, in exercitu ergo nō fuisti, sequebatur aūt igitur
nō venisti; Item si ambigue aliquid dicetur quod alr
ab aduersario atque a nobis accipi possit; 3o mō Qui
indiget pecunia pecuniam nō habet res pcia pecunia
indiget res ignis pcia pecuniam nō habet; interpretabitur
enim aduersarius eum qui indiget pecunia illam pecu-
niam nō habere cuius indiget ex quo sequitur egentē
pecuniae nō oīo carere pecunia sed ea cuius eget; Qr
quod propositum cōfirmatum quod sit a circumstantiis Iatueri
debemus, ne probabili propositioni necessaria cōclusio
subiiciatur, que res plerumque fallit imprudentes et
grauiter vulnerat, puta sic si ad illum hereditas
veniebat verisimile ē ab illo ēē necatum, hoc multis

assumunt

rationibus confirmato veniebat aut ad illum hereditas
et hoc quod demonstrato inferemus ab illo ergo occisus est:
Nam hic verisimile quod in propositione positum erat pro-
babilem eam faciebat, obmissum in conclusione maxime adver-
sarium ledit et veluti ex necessario confirmat: Scien-
dum est autem que aut in una circumstantia aut in una
quapiam parte orationis diximus inveniri in aliis et quandoque
inveniri posse vitia, ita autem hic ea diggessimus sicut
sepius accidere posse videbatur: Ac primum non in his par-
tibus in quibus accidere dicta sunt sed et in aliis consideranda
sunt et effugienda :- Ceterum quia interdum pluries
interdum semel contra nos proponitur prout cause conditio
erit sciendum est refutationem quoque interdum unam inter-
dum plures habere propositiones ut contra petitionem pecunie, ma-
le petis procuratorem tibi esse non licuit, sed nec illi cu-
ius nomine litigas procuratorem habere; sed neque es heres
eius a quo mutuum accepisse dicor; nec ipsi debui;
multiplicari et numerosius possunt; sed si ponantur sin-
gule subiectis rationibus plures sunt propositiones
si coniungantur in partitionem cadunt: Sunt et cause in quibus
certa proponere possimus ex que nihil dici possit:

ut cum res furtiua in domo deprehensa sit dicat necesse
est reus aut se ignorante illatam aut depositam apud se
aut emisse aut donatam sibi; que omnia et si propositam
non essent discutere oporteret: Nunc que sit reliquarum
partium que cum arte dicuntur confutatio prosequamur:

Confutatio dupliciter accipi potest nam et pars defensoris tota
est positum in confutatione, et que dicta sunt ex diuerso
debent utrinque dissolui, et hec est proprie cui in causis
quartus assignatur locus, Sed utriusque similis conditio
est, neque vero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte
peti potest quam in confirmatione nec locorum aut sententia-
rum aut verborum et figurarum alia conditio est; Affec-
tus plerumque hec pars mitiores habet; ceterum defendere
quam accusare difficilius esse sepe cicero testatur: Sed cum
fere accidat ut multa dicantur in causis de paucis iu-
dicetur, In primis considerandum est, et in quo totius rei
summa consistit et quid valentissimum sit in causa ut
quibus oportet ante omnia occurramus: Nam preter id quod
multa extra causam sepe ab incautis actoribus dicuntur
Accidit plerumque ut que probanda sunt augeant; De
facto disputent cum de auctore queritur; Impossibilia

aggrediantur; pro effectis relinquunt vix dum incohata;
De homine dicere quam de causa malint; hominis vitam rebus
assignent; non apte manifestis repugnent; summam que-
stionis non intueantur; Dicant que aliter accipi possunt;
Nec ad proposita respondent quod unum fieri licebit quin
causa per se mala extrinsecis remediis tuenda est: preterea
afferunt interdum Argumentum dubium pro necessario, Contro-
versum pro confesso, Commune pro proprio; vulgare, super-
vacuum, Constitutum contra fidem: Que omnia tam facile
solui eludique solent ab his qui summam causae circumstantiasque
ipsius recte perspexerint et iudicaverint quam stulte et impe-
rite ab incautis proferuntur; Nec est quod ad confutandum
talia preceptionibus aut arte multa egeamus cum vel sola
irrisione labefactentur tamquam que neque probant neque
ad causam faciunt: Eorum vero que cum aliqua utilita-
te causae ab actoribus obiciuntur partim sunt vera par-
tim verisimilia, Alia insolubilia alia honesta aut
utilia; Quedam ex aliis pendent, Quedam sunt eque
ac nostra efficacia, Nonnulla utrumque valent et sunt
communia: Preter hec et sunt que aut false aut stulte aut
diuise aut supervacue aut contrarie dicantur; Quorum
omnium que sit solutio dicetur inferius premissis nonnullis

que in universum valent considerandaque sunt statim ab
initio in confutatione: An omnia fiduciam pre se ferat
patronus semper que ita dicat tamquam de ea optime sentiat,
securitas enim dicentis tantam affert orationi auctoritatem ut proba-
tionis quasi locum obtineat nobis dubitare non auden-
tibus: Proximum est considerare plura ne prodenda sint
simul an singula molienda; Nam tunc plura simul
invadere oportet cum tam infirma sunt ut ~~pariter~~ impel-
li possint, aut tam molesta ut pedem conferre cum sin-
gulis non ~~op~~ expediat: tunc enim toto corpore nitendum
et ut sic dixim directa fronte pugnandum; et si resolvatur
ex parte diversa dicta difficilius erit nostra argumenta cum ad-
versariorum argumentis conferemus si modo hec ut valen-
tiora videantur effici potuit: Ceterum cum omnis defen-
sio illisque obiiciuntur opponenda sit plurimum
considerare attinet quid et quomodo adversarius contra
nos protulerit; Nam si minus efficaciter elocutus
fuerit ipsius verba ponemus, si vehementi fuerit usus
oratione eandem rem nostris verbis mitioribus profere-
remus ut si pro luxurioso dicendum sit, obiecta est
paulo liberalior vita, sic et pro sordido parcum, pro
maledico liberum, pro avaro frugi dicere licebit;

utique committendum non est ut adversariorum dicta cum sua
confirmatione referamus: Id vero cui responsuri sumus
intuendum est proprium sit eius iudicii an ad causam
extra accersitum, Nam si extra sit adductum satis est de-
monstrare nihil ad questionem pertinere, nec esse in
eo morandum nec tale quale dixit adversarius: Si
proprium causae fuerit aut negandum aut defendendum
aut transferendum est extra hec in iudiciis nihil inveniri
potest: Deprecatio enim que est sine ulla specie defensio-
nis rara admodum et apud eos iudices qui nulla certa
pronuntiandi forma tenentur, Eritque nobis res non
cum adversario sed cum iudice, formaque deliberative mate-
rie magis utemur quam iudicialis, suadendo ut lau-
dem humanitatis potius quam voluptatem ultionis concupi-
scat et eventum utriusque demonstrando: Negandi du-
plex forma monstrata est aut non esse factum aut
non hoc esse quod factum sit; que neque defendi neque trans-
ferri possunt utique neganda, Neque solum finitio potest
esse pro nobis, sed etsi nuda inficiatio superest, Testes
erunt multa in eos dicere licebit. In cyrographum, de simi-
litudine litterarum disserendum, utique nihil erit peius
quam confexio: Quod si vera esse que obiciuntur

coniectura demonstrauit Diffinitio uero est propria Per
qualitatem discutiemus An inhonesta iniqua impro-
ba inhumana crudelia et que ei generi accidunt;
Eaque nomine in propositionibus aut rationibus sed in toto genere
actionis intuenda an sit crudelis inhumana superba,
preceps, insidiosa, impotens, Licet enim hec et huius-
modi fortissime impugnare Cum aut omnibus periculosa
aut ipsis iudicibus dicuntur: aut rei p. aut religioni
aut humane societati ceterisque de quibus ratio maior
quam de crimine priuato habenda sit adiuuari demonstrantur:
Plerumque uero et difficiliora difficilibus opponuntur; et nonnulla bene contempnuntur et irriden-
tur uel tamquam leuia uel tamquam ad causam nihil pertinen-
tia, ut cum Trianus Scauri columnas plaustris per
urbem vectas ad inuidiam dixisset Cicero porro
inquit Ego quod albanas habeo columnas clitellis eas appor-
taui; Cum uero hii loci quibus obiecta soluuntur parum
succurrunt aut parum sunt efficaces, in inficiatione con-
sistemus, et aut totum aut partem negare licebit;
ut si contra sacerdotem qui templi direptionem timens
aurum sacrum apud suspectam mulierem deposuerat quis
proponat inexpiabile facinus commissum et multo
maius quam id quod ipse sacrilegium esse sua diffinitione mo-

stravit, potimus aut totum aut ultimam partem ne-
gare, rationesque negationi subijciemus quas ex secun-
darijs locis inveniri demonstratum est: Ad extremum per
obsistentiam adhibita circumstantia negabimus in-
expiabile esse facinus aut maius eo quod sacrilegium esse
profitebimur et si esset licuisse ob eam causam et eo tempore
neque ob id puniri sacerdotem oportere, adhibitis ut supra
dictum est rationibus et hoc modo nihil erit tam firmum
aut manifestum quod non impugnare ac solvere videamur:

In verisimilibus confutandis eadem ratio et observatio valebit per quam et vera confutantur; adductis preterea per
collationem si qua sunt ex parte altera verisimilia, que
equo, bono, more, consuetudine, ratione, opinione, volun-
tate, affectu, studio et ceteris eiusmodi adiuta multo
verisimiliora videantur quam illa que adver-
sarius protulerit:

Contra insolubilia Recriminatio in primis valet que si non
solvit in invidiam rapit adversarium ac iudicem incli-
nat; insimulatio et alterius criminis non inutiliter pro-
fertur si modo cum causa coherere videri potest ut Cicero
Tuberonem non habet eam vim ista accusatio ut a
Ligarius condemnetur sed necetur, hoc egit cuius rationis

an te nemo, extri isti mores usque ad sanguinem incitare
solent odium aut levium grecorum aut immanium barba-
rorum; Et paulo infra infert, Non tu ergo huc patria
privare qua caret sed vita vis et cetera. Differuntur preterea
quandoque insolubilia quasi mox illis responsuri simus et
interim aut auditoris animum a firmissimis adversarij
rationibus abducimus, aut ita nobis conciliamus ut sub
in aut in contrariam persuasionem impelli possit
aut nobis occasionem prestet abutendi oblivione sua
sine causa nostre preiudicio: Illud et plerumque accidit
in insolubilibus ut propositione sua teneri solum adver-
sarium demonstremus; et cum factum esse fateamur
id quod ab illo asseveratur, non nos sed ipsum fecisse osten-
dimus, ut pro A. cluentio cum pateret iudicium cor-
ruptum Cicero non nego iudicium esse corruptum sed
ab hoc corruptum non esse confirmo: Interdum et quod ab
una aliqua inconfutabili circumstantia confirmatum
fuerit, ab alijs potius confirmandum dicitur, ita ut cum re
vera obiecta non solvamus elabamur e, manibus adver-
sarij ac solvisse videamur ut Cicero cum Sex: Ro-
scius interfecisse patrem arguerentur a, cum quod ab illo ruri

relegatus et cetera. Cum ea negari non posset a persona po-
tius arguendum dixit. In hoc tanto atroci tam singuli
malefitio quod ita raro extitit ut si quando auditum fuerit por-
tenti ac prodigii simile haberetur. Quibus tandem argumentis fruti
censes uti oportere. Nonne et audaciam eius qui in crimen
vocetur singularem ostendere et mores feros immanemque na-
turam et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam et denique
omnia ad pernitiem profligata atque perdita quorum tu nihil
in Sex. Roscium ne obiiciendi quidem causa contulisti: Nec
minus utile et fuerit si propositiones adversarii maxime ledunt
illis dissimulatis solutiones afferre; aut et intentioni
et non obiectionibus respondere; et nomen pro nomine ponere
ut si exules vi eiectos dicemus et cetera eiusmodi quorum
nomina aut causam lederent aut per legem efferri non liceret; ad
extremum commoda hostium et incommoda nostra artis est
allegare, et dicta adversariorum deridere ut que dicendo
confutare non possumus quasi fastidiendo aut illudendo calcemus:

Cum honeste factum fieri ve posse negare non licebit con-
cessa hoc etate utilitatem opponemus et sic econverso;
ut si iure Carthaginem diruendam negare non possumus
rei p. inutile dicamus quod sublata emula imperii
virtutis et glorie quoque studium ac stimulus e. civitate tollatur:

Cum pars partem adiuuat et probat ut heres erat et pauper et magna pecunia appellabaris a creditoribus et offenderas et mutaturum tabulas testamenti sciebas, unumquodque per se aggrediemur, Nam que magna congerie valuerant flamma concidet ut si vel maxima flumina in riuos distrahas qualibet transitum prebent: Quod si obiectionis partes et per se difficilem habent solutionem non erit ab re unamquamque aliquo predictorum modorum aggredi et labefactare:

In paribus utrinque rationibus dissoluendis comparatio plurimum valet nostrorumque amplificatio verbis ac sententijs et contrariorum extenuatio ac depressio; et omnia que ad amplificationem valent comparationem extollent et adiuuabunt; preterea equum, bonum mores, et cetera que accidunt aut rebus aut personis; ut si cum utrinque iure iurando confirmetur facta per collationem alter pius et relligiosus alter impius et nephanius demonstrabitur; quod et in scripturis et in omni genere probationum accidere potest, sed eadem est in singulis ratio confutandi:

Falsa sola plerumque negatione soluuntur ut pro cluentio Cicero negat eodem die mortuum eum quem dixerat accusator potato poculo concidisse interdum facili confutatione eluduntur, Stulta vero diuersa et supervacua reprehendere nullius est artis aut opere iocque neque rationes neque exempla tradere necesse est: Illud

quo quod secreto et sine teste aut argumento dicitur factum satis natura
sua infirmum est, sufficit enim quod adversarius non probat:
palam contraria per se ipsa diluuntur, sed tamen oratoris
est inuenire in actione adversarij que inter se met ipsa pu-
gnent aut pugnare videri possunt aut esse supervacua: Obij-
citur opio quod de cibarijs militum detraxit id contrarium
ostendit Cicero quia ijdem accusatores obiecerant quod voluerint
exercitum largiendo corrumpere: Tubero ligarium accu-
sat quod in affrica fuerit et queritur quod ab eo ipse in affri-
ca non sit admissus; Accusator in cornelium testes polli-
cetur facit hoc cicero supervacuum quia ipse fateatur:

Communia facile reprehenduntur non tam quia utriusque sunt
partis sed quia plus prosunt Respondenti, Cum enim qui prior
dicit contrarium facit, Est enim contrarium quo bene adver-
sarius uti potest, Non verisimile est tantum scelus M. cottam
esse commentum quid verisimile est tantum scelus Opium
esse conatum ...

Sed cum non solum his que dicuntur sed illis etiam que dici possent
artis sit occurrere, predicte omnes rationes valent soluendis
et contradictionibus: verum in eo monendi sumus ne stultos
adversarios nobis fingamus et leues atque inutiles contradic-
tiones ponamus, maxime enim ubique loci populares que sunt

nascuntur dicentibus adversarijs se illa non dixisse, neque
tam stulte dicturos, interdum et iocantibus bene admoneri ab
adversario gratisque agere quod adiuti sint, plerumque quod firmis-
simum est inferentibus nunquam his responsurum fuisse adver-
sarium que proposita non erant nisi sciret vera esse et ad
faciendum conscientia esse impulsum: Ceterum in scolasticis exci-
tationibus non minus laudari debet qui prodiversa aliquid
quam qui pro sua parte acriter excogitavit: Illud sciendum non
esse in contradictionibus omnes locos explicandos ut quidam qui scire
se dicunt hec dicturos adversarium et ita prosecuturum; quam
rem Vibius Crispus sic elusit Ego vero ista non dico quid
enim attinet illa bis dici: ~ ~ ~

Confutatur ad extremum plerumque monendo, terrendo, precando, consulen-
do Alijsque eiusmodi affectibus, prout aut difficultas solven-
di aut ratio cause suadet; quorum omnium exempla cognoscere ut lon-
gum ita pene supervacuum cum posito uno reliqua facile assequa-
tur imitatio; Monitione usus est cicero pro P. Sylla Sed tamen
te a me pro magnis causis nostre necessitudinis monendum
esse et atque et puto, non possunt omnes esse patrij Si verum queris
ne curant quidem, nec se equales tui abste propter istam causam ante-
iri putant, ac si tibi nos peregrini videmur quorum iam et
nomen et honos inveteravit huic urbi et hominum fame
ac sermonibus, quam tibi illos competitores tuos peregrinos,

videri

videri necesse erit qui iam ex tota Italia delecti tecum
de honore et de omni dignitate contendunt quorum tu caue
quemque peregrinum appelles ne peregrinorum suffragijs obruare:

Unum id seruandum maxime in confutando ne verbis et sen-
tentiolis omnibus respondeamus nam et infinitum est et super-
uacuum cum satis sit que ledunt confutare, nec in superuacuis
aut leuibus reprehendi tam Sz actor, quem videri diser-
tum utile est ut si dixerit quod rei profuerit ingenij credatur
esse laus non cause, si forte quando ledit cause non inge-
nij culpa: Ille vero reprehensiones qualis in Rullum
est infantie indicendo, qualis in pisonem inscitie rerum ver-
borumque et insulsitatis qualis in Antonium est animo dantur
ut iustis odijs, sicque utiles ad conciliandum his quos inuisos
facere volumus inuidiam; Alia Respondendi patronus ratio,
et aliud tamen eorum non oratio modo Sz vita et incessus habitus
recte incusari solet ut aduersus quintium Cicero non hoc
solum Sz ipsam et pretextam demissam ad talos sectatus est;
precesserat enim turbulentis contionibus cluentium quintius; et hec
de confutatione eorum que ab arte sunt dixisse sufficiat reliqua
exercitatio assequetur; nunc martificialia explicemus:

Locus qui extrinsecus assumitur iuditio nititur et auctoritate
probabilisque est; id enim probabile dicitur quod vel omnibus videtur

vel pluribus vel doctis et sapientibus et inter hos famosis
atque prestantibus, vel his qui secundum unam quamque artem
peritiam sunt consecuti; Dicitur autem inartificialis quoni-
am eius modi probationes non sibi ipse conficit argumentum orator
sed preparatis positisque utitur testimoniis Sub hoc genere
continentur Fama publica, Signa, Tormenta,
Preiuditia, Tabule, Iusiurandum, Testes, persua-
siones vulgi, pronostica, Exempla, Dicta Sapi-
entum, Poetarum sententie, fabule, proverbia,
Responsa, Dicta adversariorum; De quibus omnibus qua-
liter confirmentur infirmentur que ad probandam improbandam ve-
ritatem singulatim explicabimus :~

Famam atque Rumores pars altera consensum civitatis et velut publicum te-
stimonium vocat, Altera sermonem sine ullo auctore dispersum cui
malignitas initium dederit, credulitas incrementum, quod
nulli non est innocentissimo possit accidere fraude inimicorum
ex adducuntur sive confirmabis sive infirmabis, Rumori et
publice asseverationi esse aliquam creditum quam est minime :~

A. Signis que sint Argumenta et si dictum sit superius ubi de causis et consequentibus
Tamen quia plerique ex illis ad oratorem afferri non ab eo inveniri constat
ut cruenta vestis, telum, livor et huiusmodi placuit et inter

inartificialia q̄ de signo ab aliis traduntur explicare;
Signū vocatur p̄ qd̄ alia res intelligitur estq̄ ipsius
ppriū ut ex eo de quo q̄ritur natum sub oculos
veniat; Id dividitur in necessarium et nō ne-
cessarium: Ubi vō ponitur in cāis signū ne-
cessarium lis nō est nisi facti, Nam cuius cor
vulneratum moritur necessario et que peperit
cū viro cōcubuit, Signa nō necessaria st̄ que ad
tollendam dubitationē sola nō sufficiūt, adiuta
a ceteris plurim valent, ut si p̄ sanguinē i veste ce-
dem arguamus, At sanguis pōt e naribus pro-
fluxisse, Nec utiq̄ qui cruentam vestem habuerit
hōicidium fecerit, Sz ut p̄ se nō sufficit cū ceteris
vim testimonij habebit Si inimicus Si an̄ mi-
natus Si eodem loco fuit et cetera eius mōi, p̄ que
illa que suspecta erāt certa videntur; Quedam
et sūt signa utq̄ parti cōia ut livores, tumores,
nā videri posst̄ et veneni et cruditatis; Et vulnus
in pectore sua manu et aliena perisse dicentibus
illum i quo est, hec p̄ m̄ hn̄tur atq̄ extrinsecus

adiuuantur: Illud intelligendum nulla est effica-
ciora quam que ex dubijs facta sunt certa; Cedes a te factum
est cruentam vestem habuisti, non est tam graue ar-
gumentum si fatetur quam si conuincitur, Nam si fatetur
mulier ex causis potuit esse cruenta vestis, Si negat
hic ordinem cause ponit in quo si victus fuerit et in se-
quentibus ruit, Non est videtur in negando mentiturus
fuisse nisi desperasset id posse defendi si fateretur. Con-
futandorum signorum eadem ratio que causarum effectorum ac consequentium:
Necessitas fidem facit ea tamen a corporibus tamen ab animis nascitur,
Nam et verberibus et tormentis que dicuntur ea videtur veri-
tas ipsa dicere, et que a perturbationibus animi dolore, cu-
pidiente, iracundia, metu proficiscuntur quia necessi-
tatis vim habent afferunt auctoritatem; Cuius generis et illa
sunt ex quibus nonnumquam et verum inueniuntur pueritia,
somnus, imprudentia, vinolentia, insania, que omnia
qualiter tractanda sint superius explicatum est ubi de
circumstantia Cur meminimus atque et in attributis per-
sone, Nec que pertinent ad fidem que a corporibus pe-
titur videamus; Tormenta pars altera veram

fatendi necessitatem vocat; Altera sepe et cum falsa di-
cendi quod aliis patientia mendacium faciat aliis infirmi-
tas necessarium; Si de adhibenda questione agetur plurimum
interest quis et quem postulet aut offerat et inquit et
ex qua causa: Sive iam erit adhibita quis ei prefuerit quis
et quomodo sit tortus, An credibilia dixerit an in se constan-
tia; An perseveraverit in eo quod ceperat an aliquid dolore muta-
verit prima parte questionis an procedente cruciatu, que
utrinque tam infinita sunt quam ipsa rerum varietas:

Preiudicia allegantur ad probationem aut ex rebus paribus
ut de rescissis prius testamentis vel contra filios confirmatis, Aut ex
rebus ad causam pertinentibus Qualia in opinionem facta
dicuntur aut Senatus contra Milonem, Aut cum de eadem
causa pronuntiatum est; Confirmantur vero auctoritate eorum qui
iudicaverint et similitudine rerum de quibus queritur: Con-
futatio raro fit per contumeliam iudicis nisi forte mani-
festa in his sit culpa, vult enim cognoscentium quisque firmam
alterius sententiam, nec libenter exemplum quod in se fortasse recidat
facit; Confugiendum est maxime ad aliquam dissimilitudinem
cause vix autem una est per omnia alteri similis, Si id non con-
tinget aut eadem causa erit, De actorum negligentia

et conditione personarum contra quas erit iudicatum querendum
est aut de gratia que testes corruperit aut de invidia aut
de ignorantia aut inveniendum quid causae postea accesse-
rit, quorum si non erit licet tamen dicere multas iudiciorum
causas ad iniquum iudicandum valere, ideoque damnatum Rutilium
Absolutos Clodium et Catilinam, Rogandi iudices ut rem
potius intueantur ipsam quam iurisiurando alieno suum donent:

Tabule bipertito considerantur ex persona scilicet et scripto; perso-
na qualiter commendetur improbetur dictum est per illa
que ei accidere demonstravimus: Scriptura tamen tota
ipsa per se attenditur Tum scriptoris voluntas elicitur:
In scriptura est Totum, partes, figura, qualitas; Totum
habet simile, contrarium, disparatum in scripturis aliis: par-
tes habent hec ipsa in eodem scripto: figura scripture velut
ex statura et membris corpus consideratur; Qualitas in vi
deprehenditur ut iubeat ne an vetet an permittat, Numquid
generale aliquid an speciale sit scriptum, et tarditatem ne a
celeritatem contineat, Nam nisi per horum aliquid inveniatur
quantacumque abrogatio auctoritas a scripturis que contra nos afferentur
lis non erit: In voluntate elicienda locus, tempus,

pronuntiatum

ut videri non possit

modus occasio, facultas attendit: per que omnia exquirit
coniectura quod potissimum potuerit aut debuerit velle scrip-
tor et sententiam ipsius nostre opportunitati accommodabimus:
Iusiurandum aut offertur suum aut non respuitur oblatum,
aut ab adversario exigitur aut recusatur cum ab ipsis
exigatur; Offerre suum sine ulla conditione ut vel adver-
sarius iuret fere improbum est, qui tamen id faciet
aut vita se tuebitur ut eum non sit credibile peiera-
turum; aut ipsa vi religionis et litis qualitate si ea
erit se per illam devoturus; Ea conscientie fiducia
impugnabitur si dicemus a multis contempni iurisiurandi
metum cum et philosophi sint reperti qui deos rerum humanarum
inspectores negaverint; Et adversarium velle de causa
sua pronuntiare et quam leve ac facile credat id quod
offert ostendemus: Qui defert modeste agere videtur
cum litis adversarium iudicem faciat, et cognitionis onere
iudicantem liberet; hanc delatam conditionem qui recusat
in suspitionem se adducit nisi forte res est ea quam credibi-
le sit ei notam non esse; Que excusatio si deerit, iavi-
diam sibi queri ab adversario dicet atque id agi ut in-
causa in qua vincere non possit queri possit; Itaque hominem
quidem malum occupaturum hanc conditionem fuisse se non

pronuntiatum

ut videri non possit

probare malle que affirmet quod dubium cuique relinquere:

Testimonia sunt aut divina aut humana ad deos referuntur hec fere primum oratio a qua et oracula dicta sunt quod inest illis deorum oratio, Deinde res in quibus est quedam opera divina primum ipse mundus eiusque omnis ordo et ornatus, Deinceps aerii volatus avium que cantus et eiusdem aeris sonitus et ardores multarumque rerum in terra portenta atque etiam per exta inventa perpensio; Ad dormientibus quoque multa significata visis; Ex quibus omnibus magna fides rebus aut conciliatur aut abrogatur prout opportunitati nostre cognoscere posse videbuntur: humanum testimonium expectatur ex auctore, voluntate, et oratione expressa aut libera: Auctoris ex vita et virtute infertur et refellitur: Voluntas ex animi perturbationibus colligitur de quibus in precedentibus satis est dictum: Expressa oratione continentur scripta, pacta, quesita, promissa, rata: In libera attenditur ingenium bonum pravum ve, quibus omnibus probatus testis magnam vim affert ut ei credatur, Improbatus vero facile tanquam suspectus elidi-tur: Testium refellendorum loci maxime communes: Testibus aliquando non esse creditum, si natura vani leves, si cum ignominia, si spe metu, iracundia, misericordia impulsi, si premio gratia ve conducti,

Ambigue et inconstanter, incredibiliter aliter ab alio
dicta reprehenduntur et denique illa omnia confutandis testibus
valent que dicta sunt de tormentis :-

Persuasiones prime sunt populares apud quasdam aut nationes aut ci-
vitates suscepte consuetudines aut mores ex quibus testimo-
nia et si non semper causis accommodata tamen quia liberis
odio et gratia mentibus ideo tamen dicta factaque quia aut rec-
tissima aut honestissima videbantur ; puta si de incommo-
dis vite disserendum sit adducetur eorum persuasio nationum
que fletibus natos letitia defunctos prosequuntur : vel si mi-
sericordia fuerit commendanda iudici allegabimus pruden-
tissimam civitatem athenarum que non pro affectu sed pro animo eam accepit :-

Pronostica sunt fere ex eodem genere ut que divina nominavimus
quamquam et medici sanitatis et morbis habent pronostica et ru-
stici pluvie ac serenitatis, ut cornix plena pluviam
vocat improba voce ; et vento rubet aurea phebe :
que plerumque vulgo observata creduntur :

Exemplorum quis sit usus superius indicatum est sed ut intelligan-
tur contineri in probationibus que sine arte sunt de ipsis etiam
in hoc loco meminimus :

Dicta sapientum probationes afferunt licet non necessarias gra-
ves tamen et que adiuvante a probabilibus argumentis pene sunt
necessarie, aut ipse que per se probabilia erant auctoritate sua veluti

necessaria reddunt ut si de contemnenda sepultura habeatur
oratio adductis probabilibus rationibus allegemus Theodorum
dicentem nihil sua interesse in sublime an humi pu-
trescat: et contra adulterium veneficii causam dicentem adduc-
catur M. Cato qui nullam adulterium non eandem esse
veneficam dixit:

In poetarum sententiis eadem est ratio idemque est usus ut si
premissis rationibus quibus improbaretur matrimonium Refera-
mus illud iuvenalis Semper habet lites alternaque iurgia lectus
in quo nupta iacet minimum dormitur in illo: et ad de-
monstrandum futurum ut peieret aliquis ad ceteras rationes addatur
esse aliquos manes et subterranea regna et conum et sty-
gio nigras ingurgite ranas nec pueri credunt: In quibus
confutandis eadem est ratio que superius in exemplis dicta est:

Fabularum quis sit usus Cicero in Miloniana ostendit ubi ait Itaque
hoc iudicium non sine causa doctissimi hominis memorie prodiderunt
eum qui patris ulciscendi causa matrem necavisset variatis hominum
sententiis non solum humana sed sapientissime dee sententia
liberatum: Menenius quoque agrippa apud Livium plebem cum
patribus in gratiam reduxit nota illa de membris humanis adversus
ventrem discordantibus fabula; Sed horum tam facilis confu-
tatio quam eorum que falsa dicuntur:

Proverbia quia vulgo recepta sunt hoc ipso quod incertum auctorem
habent velut omnium fiunt quale est Ibi amici ubi opes: et
apud Ciceronem pares cum paribus veteri proverbio facillime
congregantur: neque enim durassent hec in eternum nisi vera
omnibus viderentur, atque ideo vim non contemnendam afferunt
ad persuadendum licet non necessariam:

Responsa tum deorum tum hominum sunt quale illud divinum Socra-
tem esse sapientissimum; aut Affricani qui Graccum iure
cesum respondit; quod ad deos pertinet oraculum dicitur et divinum
testimonium; quod ad homines attinet eisdem rationibus quibus et
testes probantur aut improbantur:

Dicta adversariorum aut eorum qui ex diverso egerunt causam ad inarti-
ficialia testimonia referri placuit quia non inveniuntur
ab oratore sed accipiuntur: et hec de confirmatione
ac confutatione sufficiant nunc conclusionem prosequamur

Peroratio sive conclusio est artificiosus terminus totius ora-
tionis: habet partes tres enumerationem sive repetitionem;
indigestionem sive amplificationem; commiserationem sive con-
questionem: Enumeratio est per quam res disperse ac
diffuse per orationem unum in locum congeruntur et remini-
scendi causa unum sub aspectum subiiciuntur: hec non
semper eodem modo tractabitur tum ad occultandam artem

tum ad Satietatem vitandam; Qr ut plerique faciunt
oportebit aliquando unamquamque rem attingere et ita omnes trans-
sire breviter argumentationes; Interdum id quod facilius
est dicere quas partes exposueris in partitione, de quibus
te dicturum pollicitus sis, et reducere in memoriam q-
bus rationibus unamquamque rem confirmaveris; Quandoque ab his qui
audiunt querere quid sit quod sibi velint demonstrari hoc
modo Illud docuimus illud planum fecimus, ita simul et
in memoriam redibit auditor et putabit non esse preterea quod
debeat desiderari; Atque in his generibus ut ante dictum est
tu tuas argumentationes transire separatim, Tum id quod
artificiosius est cum tuis contrarias coniungere et cum tuam
duxeris argumentationem tum contra eam quod afferebatur quemadmodum
dilueris ostendere ita per breve comparationem Auditoris memo-
ria de confirmatione et de refutatione redintegrabitur: Atque
hec aliis quoque actionis modis variare oportebit, Nam cum
a tua persona enunciare possis ut quid et quo quidque loco dixeris
admoneas, Tum vero personam aut rem aliquam inducere licet
et enunciationem ei totam attribuere; Personam hoc modo: Nun-
quid si legis scriptor existat et querat id a vobis quid
dubitetis quid possitis dicere cum vobis hoc et hoc demonstratum est

Atq; hic item ut i nra psona licebit alias sigillati
transire oes argumentationes, alias ad partitionem singula
uba referre, Alias ab auditore qd desideret querere, Alias
hoc facere p comparationem suarum et contrariarum argumenta-
tionum: Res aut inducetur si alicui rei ut legi
loco, urbi, monumento oro attribuetur p enumerationem
hoc modo quid si leges loqui possent nonne hoc ap vos loque-
rentur? quid nam amplius desideratis iud: cum vobis
hoc et hoc planum sit; In hoc quoque genere hisdem modis uti li-
cebit; Cum oe preceptum hoc datur ad enumerationem ut ex
unaquaque argumentatione quam tota dici iterum non potest deliga-
tur qd erat gravissimum et unumquodque quam brevissime
transeatur, ut memoria non oratio renovata videa-
tur; Ceterum quot capita aut questiones erunt i causa
totiens utemur p oratione p enumerationem:

Amplificatio est oro per quam gravis in rem offensio
aut magnum in hominem odium instigationis auditorum con-
citatur; Ea habet propios et comes locos: Proprii
consistunt in diligenti expositione omnium que referri ad rem
posse videntur: Atq; ideo attentius et quam in aliis par-
tibus orationis hic oes circumstantie sunt considerande ut

que facta erunt aut verisimiliter fieri potuisse appare-
bit ampla et criminosa efferantur ordine: In qua re
maxime efficaces erimus si modum unicuique facto et illis
que precesserint quoque secuta sint adiciemus: ut in exo:
Lacedemonii emerunt ab Alexo cccos captivos Theba-
nos, eosque super tropheo de lacedemoniis posito a Thebanis
iugulaverunt, accusantur iniuriarum in communi gratie con-
silio: Dicemus veluti pecora iugulastis cccos viros, cum
raperentur ad mortem non lacrimis non miserabili aspectu et squalore eorum
moti estis, non querimonias flebiles non comploratione audi-
stis, supplicantium voces, et verba fidem atque humanitatem
vestram implorantium contempsistis, et cum vicissim complecti
osculariique alterutros videretis tum maxime crudelitatem omnem
in eos effudistis, Rivos humani sanguinis non per tropheum
modo sed per totum undique campum fluentes in moti materia
conspexistis: hic exempla similitudines fictoria et
quecumque ad confirmationem valent subiicere licebit, modisque
omnibus affectus rapere ac vexare: Dummodo intelligamus
obmittendam esse vim illam probationis que amplifica-
tioni coniungitur quando ea utimur in argumentatione ut si
in precedenti exo confirmandum esset dicere licet cccos

ut nomen formosa est phyrne sed et casta et nobilis;
Sed iam de communibus locis amplificationis: quorum primus est ab
auctore. Puta si dicemus id de quo agitur magne cure
fuisse diis immortalibus aut illis quorum gravissima
sit auctoritas: Qui locus sumitur ex sortibus et oraculis
vatibus, omnibus, prodigiis responsis et similibus rebus:
Item a maioribus nostris, regibus, civitatibus, gentibus,
hominibus sapientissimis, senatui, populo, legum scriptoribus:
Alius est a pertinentia puta cum disquirimus ad quos
res illa pertineat an ad omnes an ad maiorem partem
quod atrocissimum est: An ad superiores quales sunt hii quorum
ex auctore fit indignatio quod indignissimum est, An
ad pares modo fortuna corpore quod iniquissimum est an ad
inferiores quod superbissimum est: Alius ab eventu ut
quid futurum si id ceteri faciant et ostendimus si huic
concessum fuerit multos habiturum emulos ex quo
quid mali eventurum sit demonstrabimus: Item a
remissione expectati iudicii ut multos alacres ex-
pectare quid statuatur ut ex eo quod uni concessum
sit sibi quoque tali de re quid liceat intelligere possint:
Item ab incurabili secuturo ex iudicato: Ut ceteras

res perperam constitutas intellecta veritate commu-
tatas correctasque, hanc rem esse que si sit semel iudicata
neque alio commutari iudicio neque alia potestate corrigi pos-
se: Item Ab impossibili excusatione facti et con-
sulti et voluntarij facinoris, ut demonstretur con-
sulto et industria factum, adiuncto eo quod volun-
tario malefitio veniam dari non oportet impudentie
concedi nunquam convenire: Item A. qualitate criminis
ut tetrum, crudele, nepharium, tyrannicum demon-
stretur, per vim per manum opulentam, que res a legi-
bus et ab equabili iure sit remotissima: Item a
singularitate malefitij idest ab excessu omnium ut non
vulgare neque factitatum esse ab audacissimis quidem
hominibus et a barbaris gentibus et in manibus belluis esse
remotum, hic erunt que in parentes, liberos, coniuges
consanguineos, supplices crudeliter facta videntur;
Et deinceps si qua proferentur in maiores natu,
in hospites, in vicinos, in amicos, in eos quibuscum vi-
tam egeris, in eos apud quos educatus sis, in eos a quibus
eruditus, in mortuos, in miseros, in minime dignos,
in homines claros, nobiles, et honore usos, in eos qui

neq alium ledere neq se defendere potuerunt, ut
in pueros, senes, mulieres: A. comparatione et criminis
est autem comparatio collatio eius rei de qua quaestio est
cum aliis quae constat esse facta: et ita per contentionem quanto atro-
cius quanto indignius; ad extremum A. demonstratione nego-
tii quando quae in Gerendo negotio acta sunt, quae post
consecuta cum unius cuiusque indignatione et criminatione
colliguntur et rem maxime verbis ante oculos eius apud
quem dicit ponit, ut id quod indignum est per in illi
videantur ac si ipse interfuerit:-

Conquestio est oratio auditorum misericordiam captans, Constat
et conficitur eisdem incisionibus rerum in partes quibus et Ampli-
ficatio et non secus ac illa modo utitur in unoquoque
facto ad incitandos commovendosque auditores: habet et
proprios et communes locos: Illi autem dicuntur proprii qui ex
causa ipsa que agitur fluunt neque alii cuipiam possunt accommodari: Sed et
communes propri fiunt cum illa quae in re sunt annectuntur et explica-
tur in ipsis, ut cum pro honeste dicimus; moveant illud
vos iudices moveant vehementer quod decem annos quibus
pater abfuit ab adultera matre non ut clarissimi regis
filium decuit educatus sum, nullis ut oportuit honestis
disciplinis imbutus et nedum regiis moribus aut artibus

Sz ne satis quidem civilibus eruditus, cum interim ab ipsa.
et quod gravius erat ab ignavissimo adultero pene innu-
merabilia feda visu, dura auditu, difficilia tolera-
tu perpeti cogeretur, et tanquam in aliena domo sine gratia sine
honore sine auctore in sorde ac squalore veluti constrictus
teneretur; Non possum sine lacrimis referre iudex lacrimas
quas miser totum id tempus effudi cum viderem me non
solum domi contempti sz foris quoque ludibrio haberi ab
illis a quibus et venerari et coli oportuit: hec ita cum
sint implicita ut alii convenire non possint licet edicta
sint ex locis communibus perquos ita efferrentur: quis igno-
rat iudices iam decennio quibus in communionem quibus dolo-
ribus quo cruciatu corporis miser vexatus sim, Nam
quem decuit optimis moribus ac disciplinis institui ad-
versariorum scelere tanquam pervignus sub novercia neglectus
sum, Nec cum primum respirare incepi ad supplicium me
rapere conantur: Cum itaque conquestionis loci sint, Efficere primum
auditoris animum mitem ac misericordem quo facilius
conquestione moveatur, Id vi fortune, hominum infirmitate
rerum commutatione et instabilitate oratio efficietur; De
quibus gravi et sententiosa oratione habita maxime demitti-
tur animus hominum et ad misericordiam comparatur, cum in aliena

malo suam infirmitatem cōsiderabit: Item Di-
stributio temporū que bipartita ē, Nā aut semp nos
calamitosos indigne fuisse cōquerimur, et nc̄ id effici n̄
adsit Jud' mīa ut ī posterūq̄ semp lugē cogam̄: Aut
q̄bus ī bonis qua dignitate quo honore fuimus et nc̄
p quē maxē q̄bus ī malis ac dedecore simus deploramus:
Hic cōmodissime turpitudinē, humilitatē illibalitatēq̄
rei indignam etate, gn̄e, fortuna pristinoq̄ honore nostro
apponemus: Item uniuscuiusq̄ ī cōmōi diligens com-
ploratio, ut ī mōte filij oblectamēta infantie, pueritie
solatia, amor, spes, tutela senectutis columē fami-
lie domus et que huiusmōi sūt: Et que ī gestione
negotij sūt ut nō affui nō vidi nō postremā eius vocē
audivi nō postremū spūm accepi, p̄terea ī manibus inimi-
corū mōtuus est In hostili terra Turpiter iacuit insepul-
tus a feris dilaniatus, cōi q̄o honore in mōte caruit;
Quibus adduntur inopia, dolor, dedecus, solitudo, infir-
mitas maxē cū in illa p adūsarios adducti videri possu-
mus: Deploraretur et spes intercepte, et cū aliqd expecta-
retur nōmō id nō adeptum sz ī sūmas miserias. Inci-
disse, Cōuertere p̄terea licet orēm ad auditores ponēq̄ eos
In simili casu ut de suis libis, parentibus, cōiugibus aut aliq̄

q illis carus esse debeat recordentur nos cum videant: hoc
idem pro res mutas interdum efficere artis est ut si equo, do-
mui, vesti sermo alicuius accommodetur, ex quo
qui audiunt et aliquem dilexerunt multum commouentur:
Item commendatio liberorum parentum sui corporis sepelienda
aut alicuius rei huiusmodi cum deploratione disiunctionis
ab aliquo quocum libentissime vixeris ut a parente, filio,
fratre familiari plurimum valet ad misericordiam; preterea quod a quibus
minime conueniat male tractemur propinquis amicis
quibus benigne fecerimus, quos adiutores fore spera-
bamus, et a quibus indignum est seruis, libertis, clientibus,
supplicibus: Ad extremum obsecratio humili et supplici
voce ut misereantur cum demonstratione quod non nostras sed
eorum qui nobis cari sunt fortunas conquerentur, et denique
animum nostrum in alios misericordem esse ostendemus, et tantum
amplius et excelsum et patientem incommodorum esse futu-
rum si quid acciderit asseuerabimus; nam sepe virtus et magni-
ficentia in quo grauitas et auctoritas est plus proficit ad mi-
sericordiam commendandam quam humilitas et obsecratio: Com-
mons autem animus diutius in conquestione commorari non
oportebit nam lacrima nisi citius arescit in aliena presertim miseria:

Quae quod superius polliciti sumus causas singulas per propos locos absoluamus ut obiiciendi refellendique plena et absoluta ratio cognoscatur, Ac primum de coniectura quae ut ceteris omnibus difficilior ita in primis cognita multum confert ad reliquas constitutiones communes explicandas, Coniecturae ratio quod attinet ad quaestiones infinitas in quatuor partes distributa est ut quid natura honestum sit et quid aequum re vera, an haec tantum opinione sint; Altera vero ortum sit ut cum queritur doctrina ne a natura possit effici virtus; Tertia quae id causa efficerit ut si quaeratur quibus rebus eloquentia efficiatur Quarta in qua de mutatione rei queritur ut possit ne eloquentia commutatione aliqua in infantiam converti, Ad quae explicanda maxime apta sunt quae ex causis quae ex effectis quae ex adiunctis sumi possunt: In quaestionibus vero finitis et quae in iudicio versantur Coniectura oritur ex signo et persona; Signum autem tale esse debet ut non necessario probet sed suspitionem afferat, nam ubi certum est signum non facti sed iuris erit controversia, veluti superius facta est mentio ubi locuti sumus de signo inter

in unoquoque statu sive constitutione,

Signum

argm que sunt a causis et consequentibus atque et a signo ubi
de his que sine arte sunt, facta est mentio, et qualiter probetur aut
improbetur explicavimus quando adducitur in argumentum, nunc
quomodo per statum impugnetur prosequamur. Si prius absolve-
rimus Coniecturas Illas Coniecturas Illas que
plerumque sola recusatione refelluntur; Est enim Recusatio recusatio
Locus per quam totam causam a nobis Reijcere conamur
vi alicuius circumstantie; Ea est efficax cum signum
quod in suspitionem adducitur Aut inveteratum nimis
et quasi obsoletum est, Aut cum factum alienum
obijcitur, Aut cum neque de facto neque de persona constat, Aut cum
uno eodemque crimine plures simul accusantur; Aut
cum affectus ad rem aliquam et cogitatio citra factum
reprehenditur: Nam cum affertur obsoletum iam signum
Puta si ignavi cuiusdam filio sepius fortiter pugnan-
te Ille accusaret uxorem adulterij, Afferret mulier
recusationem a tempore dicendo non debere se post tot an-
nos eo crimine insimulari: Factum vero alienum
ut Fabij agrum inviolatum ab Hannibale Recusatio a
persona defendit Non convenire cogi innocentem in iudicium

pp id qd alius fecerit: Cu tamen i p̄ q̄ in facto dubium
est veluti si prodigus filius accusaretur parricidij ex
eo qd pr̄ suus nō cōparet, Recusabit filius a. causa
dicens nō debē se iudicium subire ppter qd de cede parē-
tis nō cōstet: Si plures eodem crimine insimulabun-
tur puta si legionem unā p ignominiam exauctorare
velle, imperator qd inclinatio ad fugam cepisset ex
ea parte i qua fuerant collocata: per Recusationem
a. Re se tuebuntur deberi uniuscuiusq factum
per se inspici et iudicari qd alia atq alia cuiuslibet
opera fuisset i pugnando, qd si affectus et cogitatio
in suspitionem trahatur ut si observatus quisq sepius
lacrimare arcem intuendo affectate tyrannidis argue-
retur Recusabit oportere se argui suspitione eius rei
que minime facta ēt cōstet: Verū in precedentibus qua-
tuor firmior est Recusatio et plerumq sufficere videtur
p aliquā circūstantiam demonstrasse nos eius suspitio-
nis iudicium subire nō debē, sine ad miniculo aliorum
locorum p quos coiectura impugnantur, quoq et premissa
recusatione si res ita postulare apparebit licet ad illos

cōfugere

confugere: In hoc ultimo preter Recusationem alia q
fensionis gnā necessario concurrunt, et oēs fere rōes
p quas signa ex Rebus educta refelluntur in primis
sūt efficaces In affectu seu cogitatione defendenda
ut patebit Inferius cū dicemus de locis per quos proba-
bilia signa i coiecturis defendi solent et impugnari:
Signum qd probabilem faciat coiecturā nasci necesse est Sig m
ex negotio de quo ambigitur porro negotium ipsum quatuor parti-
to veluti sup expressum ē dividitur In summam fcī In ea que
antecedunt que ve In facto sūt et que ipsum consecuntur; Ex
antecedentibus probabile signū erit cū obijcitur clodio asse-
verasse triduo nō victurū Mylonem, Ex his que sūt
i negotio sic Deprehendit quis In solitudine gladiū educens
ex cadaue, et accusatur homicidij, In his vō que ne-
gotium consecuntur est vestimentum aut thelum relictum pallor,
titubatio, Inconstantia deprehensi et similia; Ex summa
facti loci cōes eliciuntur de quibus dicetur Inferius, Cetum
nō singula semper hec sed plerumque coniuncta et geminata quo-
ad res patitur cōn eadem pars afferuntur ut ap Quintilianum
Cōn cecū An factum venenū, Sollicitatio noverce

ad porrigendum marito, et preparatus diu in cubiculo gla-
dius in facto strepitus et tumultus redeuntis a parricidio,
post factum deprehensio stantis in limine cubiculi sui et gla-
dius sub pulvillo cruentus; Sed cum tam in eadem causa quam in
diversis una sit omnium intendendi atque refellendi ratio de illis
coniecturis dicemus que unico signo vel ante rem vel post
rem vel in re tantummodo continentur ex quibus reliqua quoque per
imitationem facile percipientur. Ac primum accusatoris partes
et locos prosequamur ::

Adducta suspitione per signum aliquod probabile Accusatoris primus
locus est complexio sic dicta quod rem a principio ad finem
complectatur et tam annecta quam que in negotio sunt et post consecuta
obiecte suspitioni confirmet: ut proficiscentem antecessit, locum
ad insidias commodum elegit advenientem incautum adductus
est ferro transverberavit, spoliavit, sepeliebat; Secundus
locus est voluntas: Ea ex causa et persona colligitur, Nam et personam
infamare nisi causa fuerit ad malefitium parum attinet et causa per
se infirma est nisi et qualitas persone consentiat; Ad indi-
candam ignis per qualitatem valent omnia que sibi attributa
esse diximus, quorum que sit tractatio in utramque partem

Insepeliente cadaver in solitudine:

Inquirens quo animo factum aut non factum sit aliquid:

ad voluntatem indagandam expositum habunde est in confir-
matione ubi de argumentis que a parte attributis eliciuntur. Quod si
vita hominis probata erit licebit dicere occultatum ante animum
et flagitia; cum prius non fuisse peccandi opportunitatem
abfuisse, aut ab eo ignoratam. Non mirum si tum primum
incipiat. Necesse enim aliquando incipere qui peccare velit: Cum
et facit ad malefitij voluntatem, Eam in temerarium
impetum Ratiocinationemque divisimus et qualiter accomodanda
sit suspitioni plane aperuimus in circumstantijs et etiam inter
argumenta que ab illis mutuantur: Verum si aut pecunia aut tale
aliquid malefitij causam fuisse dicemus et ab adversario negabitur
ullam pecuniam fratris aut amici vita aut denique officio suo an-
tiquiorem aut suaviorem esse, Non hoc erit accusatori negan-
dum, nam in eum culpa et summum odium transferretur, quod id
quod vere ac tam pie dicetur negaret, verum dandum non ita illi
visum esse: Tertius locus est potestas que plerumque
et facit voluntatem ubi nacti sumus transigendi facul-
tatem id quod antequam facultas esset nolebamus: Ea et colligitur
ex attributis parte Maxime, a fortuna, studio, habitu;
Sed in primis attendunt circumstantie locus, modus tempus occasio facultates;
que si meliora aut commodiora ab adversario aliis affuisse
demonstrabuntur vel non intellecta vel non potuisse expectari
precipiditate dicentur. Quartus locus est comparatio personarum ut nullus vel

Insepeliente cadaver in solitudine.

per vim clodius omnia per vim Mylo, et cum et Imparatus
hic atque incautus armatus ille et insidians, hic imbellis
et etate iam fracta fortis ille ac iuvenis, hic bonis
disciplinis ad omnem mansuetudinem institutus et honestis
rationibus ad hanc etatem provectus, ille iam tum a pueri-
tia ventri alee gule deditus inganeo et lustris ad
vim ad rapinas et cetera nepharia scelera adolevit:
Cui subditur et alia comparatio persone ad malefacium
per omnes circumstantias per quam fieri ne tale aliquid an non
potuerit ab eo homine demonstratur. Quin-
tus atque idem ultimus locus est qualitas que confirma-
ta ut dictum est suspitione a complexione voluntate ac po-
testate comparatione ad extremum per locos communes de vi de homicidio, pro
ditione, adulterio, avaritia, ebrietate, amore ceterisque
similibus. Non solum summam facti sed que ad
factum referentur puta inventores, complices, accusatores
iudicia, consuetudines eius rei et reliqua supradicta in
circumstantiis aut amplificat oratione vehementi aut deplorat per conquestionem
ad impellendum auditoris animum in quem maxime opor-
tuerit affectum: Illud ignorari

Per locum communem generaliter voluntas queritur et preterita eventusque
consideratur.

nō attinet omnes hos locos quos ad cōfirmandam suspi-
tionem accusatori conuenire mōstratum est cōes et ēt defen-
sori, et tantundem ex diuerso valere si conuertantur ad infir-
mandam suspitionem sed iam defensoris partes prosequamur
Cuius primus ac proprius locus est Recusatio si aliunde
inueniri potest ut ante dictum est et per illam euertet iu-
ditium si fieri potest; Quod si parum efficax videbitur, ut in his
signis que ex negotio nascuntur utique adducenda est et
quantumcumque infirma, Deinde illa omnia extenuanda erunt que
accusator exauserit per eosdem locos per quos suspitio con-
firmatur, Indignumque esse dicetur Criminationem magis quam
acte actam vitam attendere cum illa fingi hec minime
possit: Quod si a vita hominis maxime impediemur dicere licebit
non esse de moribus iuditium sed attendendam tantummodo
rem positam in disceptationem, Preterea non omnes qui potuerunt
malefitium facere ideo et fecerunt, ceteraque id genus: verum si
vita se ipsam tuebitur contra causam, Conquestio illi subdetur
per quam miserum esse et indignum facinus demonstrabimus
cum animus fuerit a vitiis remotissimus eam causam putare effi-
cacem ad corrumpendum castissimum que homines audaces

in fraudem rapere solet: Quibus premissis si Testes non erunt
per omnes circumstantias petere ipsos attinet qui locus et cons
est tam agenti quam defendenti et continet subse quoties, Pre
iuditia Tabulas Iusiurandum Rumores et cetera Inartifi-
ciadia: Petitione itaque Testium defensor utetur hoc modo
quis vidit quando vidit ubi et quomodo vidit et similia Tamquam non
sit in gravibus criminibus temere credendum signis et coniectu-
ris, et idem de Reliquis que hoc loco continentur Intelli-
gendum est si non erunt: Nam si aderunt Testes, et questio
fuerit adhibita satis Indicatum est superius qualiter utrinque trac-
tentur ad probandam improbandamve ipsorum fidem: Deinde
Aut Transpositio aut Inversio aut Absolutio adducetur oppositis cum complexione
Est autem Transpositio Locus qui posita concessione per aliquam
subiectam constitutionem affert honestam causam eius signi a quo
nascitur suspitio Nam In his que ante Rem sunt Sententia
et Scripto utitur, In his que cum re Infinitione post Rem Trans-
latione aut Sententia et Scripto: Que defensio quando parum valet
Infinitio efficax est et contra affectus et cogitationes ob-
iectas: Ubi enim Clodius concesserit dixisse se, Mylonem
triduo non victurum, per Sententiam et Scriptum allegabit eiusmodi

denuntiationis causam videlicet ut terret eum a petitione
consulatus; Et qui sepeliebat hominem in solitudine per
infinitionem causam afferet quia honestum quia humanum sepe-
lire hominem quia mercedem a dijs immortalibus sperabam
ex inde: Et cuius thelum in vulnere sit inventum trans-
ferendo crimen causam allegabit quod ad se infamandum alter
sit illo usus: In titubatione vero pallore inconstantia
per sententiam et scriptum dicet magnitudinem periculi causam fuisse; quo
genere defensionis utetur et ille qui lacrimas intuentis ar-
cem defendet dicens incommoda que civitatem afflixerint
ex illa arce causam esse lacrimarum quarum constitutionem qui sit
loci et explicatio ubi de ipsis tractabitur infra dicetur:
Ceterum non unam sed plures causas ad firmandam transpositionis
defensionem coniungere ac multiplicare licet, ut quoniam huma-
num est insepultum humare, quoniam nulla conscientia crimis ab
officio retrahebar; quoniam dijs immortalibus me gratifica-
turum sperabam et similia: Solvitur autem ab accu-
satore transpositionis translatio in rebus relictis
maxime duplici coniectura ita ut unius vita, causa
locus, occasio, tempus, signum et cetere circumstantie

cum alterius vita, causa, loco, occasione, tempore signo et ceteris
circumstantijs et que utrinque accidunt conferantur; Contra
Infinitionem sententiamque et scriptum Transpositionis vite
Repugnantia affertur, Interdum et suspecta consilij dissi-
mulatio, ut si contra dicentem humanum est hominem sepeliri
dicetur Atque nunquam te pium cognovimus, Et contra allegan-
tem incommoda civitatis ad causam Lacrimarum, Iam piam
cogitationem non occultasses sed bonis alijs civibus indicasses
et similia: Inversio est locus per quem defensor
Interpretatur ex diverso signum quod in suspitionem adducitur
et nihil tale significare ostenditur posita concessione ut
si Clodius dicat Si interfecturus fuissem nequaquam predixissem,
et qui cadaver sepeliebat Si interfecissem non essem in sepeli-
endo occupatus; et cuius Thelum deprehensum Si meum
non esset defendere potuissem non reliquissem inimicus
Et si de occupanda Tyrannide cogitarem minime in pro
Lacrimarem: Sunt tamen quedam signa que inverti
non possunt ut trepidatio deprehensi et cetera id genus omnia,
Aut est preparatio armorum ad Tyrannidem facta
per illum in cuius domo fulmine deiecta inventa est maxime

Si relicturus fuissem meo gladio in cede usus, non essem:

vis armorum. Cum enim non liceat dicere si malefitium
commisissem non trepidassem. Aut si Tyrannidem affec-
tarem arma non prepararem, dicere oportebit et si
trepidare consuevint deprehensi in malefitio non omnes
tamen qui trepidant malefitium commisere. Et si qui Tyranni-
dem affectant arma preparant non tamen omnes qui habent ar-
ma preparata Tyrannidem appetunt. Et sic in ceteris omnibus
ubi signum inventi non potest: hic locus quando commode trac-
tatur et natura signi inversionem admittit vix solvi potest;
licet tamen accusatori confugere ad providentiam deorum
ut oportuit te penas dare ideoque sepeliebas voluit enim
divina providentia ut penas dares deprehensus ne tam
atrox facinus esset impunitum, Non putasti te perspici pos-
se, Aut desperasti malefitium posse occultari et defendi
si cadaver inhumatum iaceret, quod vel amentia vel ebri-
etate vel aliqua re simili confirmabitur; et idem de re-
bus relictis et ceteris signis que conveniunt intelligatur:
Absolutio est locus per quem licere fieri id quo ad-
versarius utitur pro signo suspitionis asseveratur; ut
si dicetur a Clodio licere unicuique citra malefitium
loqui que velit, nulla lege teneri ea verba: Et

[illegible] cuique jacens cadaver in solitudine sepelire, preterea
titubare pallere incestanter loqui denique lacrimare intu-
endo arcem nulla lege vetitum est, tamquam que a perturba-
tionibus animorum proficiscuntur et in nostra non sunt potestate;
Nam in his que ad nos infamandos ab alio facta defen-
dimus non facile invenitur absolutio: Contra quam
non solum in coniecturis sed in aliis quoque constitutionibus re-
pulsio affertur ab accusatore, Ea dupliciter tractatur
per inficiationem scilicet et obsistentiam, Inficiatio est
perfecta negatio ut licebat sepelire non licebat; Obsisten-
tia negationi adiungit circumstantiam, etsi licebat
non solum neque in solitudine non eo tempore eo modo
et cetera generis eiusdem; et hec dixisse sufficiat de locis
coniecture quorum accusatoris unus est prius videlicet
repulsio. Defensoris quatuor videlicet recusatio trans-
positio, inversio, absolutio, reliqui communes utrique sed iam
diffinitive tractationem explicemus:~

In diffinitivis questionibus infinitis tum notio explicatur tum
proprietas, tum divisio et partitio interdum et descriptio:
Notio sic queritur sit necne id equum quod ei qui plus potens
est utile est: Proprietas sic in homine ne solum cadat an

Quotiens quis incidit confirmatur locis absolute iuriditiarie: A qua tamen differt quod in illa crimen obiectum in hac crimen argumentum impugnatur:

et in belius egritudo; Diuisio sic et eodem modo [illegible]
Tria ne gnā bonorū sint: Descriptio vero qualis sit animus
qualis assentator; Etque huic gnī finitimum illud quod
de eodem atque altero appellatur. Quod gnis forma quedam
diffinitionis est ut si queratur idem ne sit pertinacia
et perseuerantia diffinitione indicandum est Quibus expli-
candis maxime conueniunt loci consequentes, antecedentes, Re-
pugnantes, Adiuncti et duo qui sumuntur ex causis et
effectis Nam si hoc rem illam sequitur hanc non sequitur aut
si huic rei antecedit illi non antecedit, aut si huic repu-
gnat illi non repugnat aut si huic rei hec causa illius
alia est et si ex alio hoc ex alio illud effectum est: valeque plu-
rimum in hic omnibus Ratio et scientia diffiniendi a, gnē, diffa,
et propio atque et ethymologia, Que raro et non nisi ap
doctos adhibentur in causis forensibus; Nam cum superius
monstratum sit ex eo diffinitiuas controuersias nasci quod
res imperfecta per accusatorem afferatur Iniuditum; Alia
est illic utrinque ratio et materia diffiniendi; Cum enim to-
ta accusatio ex his que facta sunt, Defensio vero ex his
que ad Tolendam controuersiam fieri oportuit colligatur,

Ille ex factis hec ex his que obmissa sunt diffinitionem
formabit ut si sacrilegij appelletur qui privata vasa ex tem-
plo subripuit Colliget accusator diffinitionem ex factis
dicens Sacrilegium est rem aliquam cum pretatem non habeas
ex sacro loco aspectare; Defensor ex his que fieri oportebat
hoc modo Sacrilegium est rem sacram tangere violare sur-
ripere; Sed ut que sit huius constitutionis tractatio quam abso-
lutissime intelligatur posito exemplo omnes ut in quibus locos
explicabimus: Quidam cum per furorem Tyrannum occidisset
curatus postmodum a medicis Tyrannicide premium petit:
Primus accusatoris hoc est eius qui premium petit locus est
expositio facti que in eo tantummodo differt, a complexione
coniecturalis ad in illa ut plurimum ea que nulla lege
tenentur complectuntur, In ista maxime punienda expo-
nuntur. Itaque per amplificationem quam maxime a cir-
Expositio 3 cumstantijs et earum attributis mutuabitur Sic exponet
Irrupi per custodes obsidentes aditum ad Tyrannum, distrin-
ctum gladium in arcem intuli fugientem insecutus cubi-
culi fores effregi defendentem deinde se ferro confodi Tu
nunc Tyrannicidam negare me audes; Secundus locus

est diffinitio que ex his que priore loco exposita sunt colligitur
hoc est ex factis veluti iam dictum est, ex hac itaque expo-
sitione Tyrannicidam sic actor diffiniet, Tyrannici-
da est qui in arcem ascendere gladiumque inferre ac ty-
rannum occidere audet; huic subdet Raciocinationem
que locum tertium tenet, ea fit ex his que aut natura
aut consuetudine rem consecuntur, demonstratque ex
consequentibus nihil differre quod factum sit ab eo quod fieri
oportuisse adversarius dicere posset, ut non differt hoc
a Tyrannicidio consilio factum et Ratione, quecumque enim
civitas consecuta esset si consilio id fecissem nihilomi-
nus hoc modo est consecuta, Tyrannus interfectus est res p.
liberata in arce nullus quem timeamus et similia
quartus locus est comparatio si natura cause facile illam
admittit aut etiam expostulat, per quam infertur aut
maius aut divinius aut honestius aut tale aliquid
esse id quod factum est quam id quod fieri debuisse reus dicere posset;
puta si in exemplo isto dicetur utilius est civitati ad Ty-
rannicidium insanos accingi et armari quam prudentes
Nam sive quod factum est nec Tyrannicidium impune transigatur

Raciocinatio

Comparatio

Sive Tyrannicida quod sepius contingit aut cum Tyranno aut
In tumultu per Tyranni satellites necatur civitas sine
aliqua iactura libertatem assequitur; Postremo subnec-
titur amplificatio que non solum per circumstantias
magnam rem factam esse ostendit et magna ex in-
commoda civitatem assecutam sed adiuncta sibi
qualitate et per locos communes locupletius rem auget et
illustrat, Dum volumus queritur ut si Tyrannicida
esse noluissem quare cum gladio in arcem potissime irru-
pissem, et dum preterita vita consideratur et eventus
prospicitur: In defensione idem est ordo locorum
materia vero ut dictum est ex his que in perfectam rem reddunt:
Itaque in precedenti exemplo defensoris expositio erit; Di-
strictum gladium sine ratione sine consilio sine cogitatione
prime libertatis que furore in insontem civem in amicum in
fratrem in parentem in sacerdotem convertere potuit feliciter
prima egit in Tyrannum et tu te Tyrannicidam putas; Ex
his secundo loco diffinitionem hoc est ex obmissis communi ex-
positionem diffinitionemque diverse partis Dicetque Tyrannicida
est qui consilio cum sciat quantam rem sit acturus pro libertate
rei p. Tyrannum occidit; Cui subditur Raciocinatio

ex his que consequi oportuit et per illa differre a Tyrannicida
demonstratur, ut multum differt prudens an insanus
Tyrannus qui interficiat, si sapiens interficit inter laudes gra-
tulationesque publicas de constituenda libertate publica refert ad se-
natum et a se inductam libertatem optimis legibus confir-
mari munirique curat, Tu a cede tyranni ad me-
dicum deportatus et ne idem furor in optimum quemque te
egisset arctissimis constrictus vinculis civitas in tumul-
tu et periculo destituta; Comparationem deinde ad-
versarii aut inficiationem aut obsistentia impugnabit
ut non esse utilius non maius non divinius et similia
vel si utilius maius divinius non tamen per illum fieri vel
eo modo oportuisse ut predictum est in coniecturali; Am-
plificatio in defensione parva sit opus et contrariis locis
et rationibus utitur ferme accusationi, Cum illam rem crimi-
nose exaugeat hec ad commiserationem descendat per locos
communes; De calamitate virorum fortium si premia illis pro-
posita stulti sunt assecuturi et similia; Ex quibus col-
ligitur quod contra expositionem accusantis affertur a defen-
sore diffinitio; Diffinitioni vero defensoris opponitur

[illegible] in exemplo

accusatoris diffinitio cum Raciocinatione demonstrante
per consequentia idem esse factum quod Reus fieri oportuisse
per diffinitionem collegerit i contra quam res ab his que consequi
oportuit colligit non idem esse quod factum est cum eo quod fie-
ri debuit; preterea veluti contra comparationem accusan-
tis adducitur per Reum absolutio aut obsistentia et quod
utrique Amplificatio et voluntatis inquisitio est communis nisi
quod Reus conquestione potius quam amplificatione utitur,
et hec de diffinitiuis in quibus scriptum aut lex non impli-
catur dixisse sufficiat :: Si vero scriptum aut lex
incidit Intentio scriptoris ab utroque ad commodum suum
affertur ut Tyrannicida premium petat Orator per-
suasit Tyranno liberam ciuitatem dimittere petit pre-
mium; queritur si Tyrannicida sit In lege nullum
dubium est et proinde legitima causa dici non debet sed
diffinitiua cum nihil aliud sit in controuersia quam oporteat
ne illum Tyrannicidam vocari annon; quod non
ex vi legis potuit inueniri sed factum Intentioni
legis accomodando diffinitio disqueret, hoc enim maxime
modo exponet orator legis latoris voluntatem ad
utilitatem suam inclinando: Tyrannidem deleui

dignitatem senatui, libertatem omnibus, rei p. leges et ma-
iestatem restitui. Que legis latorem voluisse nemo
dubitat, nec ad aliud effectum Tyrannus occidit, et ex
his diffiniet Tyrannicidium, Deinde per Raciocinatio-
nem colliget omnes utilitates civitatem assecutam
esse ex persuasione quas ex Tyrannicidio consequeretur.
Defensor exponet ab his que fieri oportuit ex legis
latoris intentione, Noluisse legis latorem Tyrannum
impunitum vidisse quod cuique facile intellectu sit
posse Tyrannum multis modis eici solum Tyrannici-
de premium constituisse quod et ultus Tyrannum esset et
omnem in posterum suspitionem removisset, et collecta ex
his Tyrannicide diffinitione per Raciocinationem ut supra
ab his que consequi oportuit ostendet multum distare
a persuasione Tyrannicidium, cum per illud omnem metum
et in posterum tollatur, post persuasionem timendum
sit ne rursus melius compositis rebus suis confirma-
tisque opportuno presidio violentior civitati incumbat
et similia. Quibus comparatio et reliqua accommodabun-
tur prout in superiori exemplo demonstravimus.

Absolutum iuriditialis dicitur cum tale aliquid in iudicium affertur

Qd aut lege aut consuetudine aut more licere dicatur
a Reb. neq; ob id plecti debere: Cu privata et Tenuis
est ut si accius poeta iniuriarum agat cum minimum
qui eum in scena nominauerat plerumq; iuris partibus
tantummodo utrinq; absoluitur. Partes vero iuris sunt
sex. Natura: lex: Consuetudo: Iudicatum: equum: bonum:
et pactum: Nature ius est qd nobis non opinio sed quedam
innata vis infudit qd in sex partes rursus diuidit:
In Relligionem, Pietatem, Gratiam, vindicationem,
obseruantiam, veritatem: Relligio est vis insita que
deorum metu et Cerimonia continetur: Pietas est
in patriam aut parentes aut alios sanguine coniunctos:
Gratia est officiorum honoris amicitiarum memoria et re-
muneratio: Vindicatio vim et contumeliam defen
dendo aut ulciscendo propulsat a nobis et a nostris
qui nobis cari esse debent et peccata punit: Obseruan-
tia etate et sapientia aut honore aut aliqua dignitate
antecedentes veneratur et colit: Veritas dat operam ne
qd aliter quam confirmauimus fiat aut factum aut futurum
sit: Legale ius est qd populi aut imperatoris auctoritate san-
citum: Consuetudinis ius est qd sine lege propter vetu-
statem eque ac si legitimum esset seruatur: Iudicatum est

Consuetudo est ius quidam moribus institutum qd pro lege suscipitur cum lex deficit:

Consuetudo plurimorum institutio, ritus ad iustitiam refertur quasi rectum:

Sententia que simili de re lata est; quod si diversa inter se inveni-
untur iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum
cum numero comparare licebit et reliquis modis ut supra dictum
est inquirere quod verius quod magis observandum: Equum
et bonum est quod sine lege aut consuetudine ab omnibus compro-
batur; Pactum est quod aliqui inter se pepigerunt; hec
plerumque ut dictum est sufficiunt in causis tenuibus:
In difficilioribus vero et in quibus agitur de rebus maximis
ut de salute de libertate de imperio preter iuris partes in-
currunt et alii loci quorum que sit vis et tractatio
utrinque posito exemplo et collatis que ex diverso dici possunt
colligetur: Pictor in tabula tempestates
et naufragia diligenter expressit deinde in porta civi-
tatis que rebus maximis advectitiis alebatur collocavit:
mercatores territi eo prospectu navigare desierunt
civitas summa inopia rerum omnium laborare cepit
Accusator pictor lese rei publice: Primus accusatoris
locus erit expositio que eodem modo quo in diffinitione
tractatur quid factum quod ve secutum sit explicando;
Contra quam defensor excipiet per recusationem quam aut
a, persona aut a, partibus iuris aut a, diffinitione aut ab omnibus

simul prout ca erit et p^e qualitas eliciet et p obsisten-
tiam subin efferet ut no conuenire priuatam p^am rei p
appellare, neq pro en re qua nulla lex vetuit nul-
lus mos nulla prohibet consuetudo: Qd et si rei non
vetite cam dicere pictorem oporteret no tam p^e offen-
se conueniret, nec e pictor umq rem p. ledere pos-
set, sz illi q rem p. gerunt ut legati imperatores; qd si pic-
tor et posset no tam pingendo, neq e pingere e
ledere rem p: sz naues hostibus tradere, menia
demolire, erarium compilare et similia: Et si lex
incidet intentionem latoris ad utilitatem suam
conuertet; Accusator ex factis diffiniet Rem p.
ledit q annone caritatem inducit, aliarum ciuitatum
commertia prohibet, ciues a negotiationibus arcet; et
subin colliget ex utraq diffinitione p Raciocina-
tionem, Tam pernitiosum ee id qd factum sit q illa
que ipse pernitiosa fateatur, et n^l interesse pingendo
an naues tradendo res p. ledatur dumo ledatur;
Et subin legis sententia ad commodum suum conuersa; Racio-
cinatione amplificationem subnectet cum comparatione
et utraq p omnes circumstantias confirmare et augere
curabit, ut maxime in discrimen rem p. ee adductam

Si scriptum inciderit loci accusatoris considerant h

et magis a pictore labefactatam civitatem quam labefac-
tari potuerit per illa que defensor allegavit et demon-
strandum est quomodo; Tum inferende et alie compara-
tiones, ut pernatiosius id fuisse civitati quam si hostes me-
nia suffodissent, in ea namque necessitate vim vi re-
pellere licuisset et tumultuariis edificiis ac propugnacu-
lis impetum propulsare, ita ut cum vita et vite orna-
menta retinerentur, nec potest id quod omnibus que ad dignita-
tem pertinent carendum est; iam passim et cuique ali-
menta deficere, ita ut inedia et ceteris necessitatibus
humanis universa civitas tabescat oportet; que ca-
lamitas nedum a pictore sed si aut ab imperatore
maximo aut a diis ipsis immortalibus nobis inflicta
esset nullo modo equo animo toleraretur, presertim
in civitate tam felici et inclita domi atque foris
et in ipso crescentis fortune sue cursu et similia:
Contra que per defensorem ex partibus iuris afferen-
da est absolutio per quam ostendat non posse puniri
ex eo quod nulla lex nulla consuetudo nulli modo
prohibent, quod natura indulget, quod omnes faciunt; sed et
multum differre hoc ab illis que dixit adversarius, illa

defensoris contra scriptum et sententiam

vetita oia et legibus tenerī, hoc licet impune; Potest et
cū interrogatione fictorium addere; nunquid ob eam rem cum
dicet Si nullus navita perterritus a navigando abstinu-
isset; hic accusator Repulsionem per obsistentiam adducet
Nō licet eo mō eo loco aut tale aliquid a quo commodius
substineatur accusatio: Defensor vero ad aliquam as-
sumptitiam se transferet quod fieri licet fere in omnibus abso-
lutis ut in Exo ad comparationem, tamquam pro utilitate
civitatis picturam posuisset in portu ut terret a navigatione
intempestiva mercatores, cum iam pene ad inopiam
civitas redacta esset propter frequentia naufragia: Quam
alia repulsione cum obsistentia impugnabit accusator;
ut si civitatis inopie prospiciendum fuit alio mō
alio loco consulendum fuerat; Contra quam defensor
utetur infinitione que utrique communis est Dicente de-
fensore licet cuique pro virili rei p. consulere, Accu-
satore vero negante nisi magistratui aut et paululum
invente, Nō licet arte aliqua in pernitiem rei p. uti:
quibus ad eformum ab utrisque qualitas communis subiicitur ab Altero
per amplificationem ad voluntatem infamandam et personam
ex attributis sibi ut supra expressum est; ab Altero ad expugnandam
per Conquestionem

Nunc quam non semper iure crimen absolute defendi superius diximus
sed interdum comparari interdum Removeri quandoque transferri
quandoque et excusari per necessitatem errorem imprudentiam
casum et similia, que genera defensionum constitutiones
assumptitias nominaverunt rectores, et si ita appellari
convenit appellentur, dummodo intelligamus ipsas quoque
eisdem locis eademque pene tractatione absolvi qua et
absoluta iuridicialis, preterquam quod accidit eis assumptio aut
comparationis aut Remotionis aut Relationis aut pur-
gationis quibus et plerumque absoluta se sustinet et defen-
dit ut monstratum est in assumptione comparationis facta a pic-
tore in superiori Ex°: Restat ut demonstrentur earum
loci et veluti tractatione non solum cum absoluta sed et
inter se conveniunt, quod ut facilius colligatur positis exemplis
que promiscue vobis et que separatim cuique accidunt
explicabimus: Quidam ab hostibus circumventus ob-
sidebatur Accepit conditionem educendi militem relictis
impedimentis et educit: Accusatur lese rei p: Legati
intra certum diem proficiscantur, Quidam cui questor
in tempore viaticum non dedit minime profectus est, agitur
contra ipsum lese rei p: Imperator propter tempestatem cadavera

interfectorum militum dimisit insepulta et hic quod rem p. le-
serit accusatur; Cum clytemestra patrem horestis
interfecisset ab illo necata est, Accersitur horestes parri-
cidij: In primo casu erit assumptio comparationis, utilius
fuisse militem et inermem servare quam una cum impe-
dimentis militem amittere; Legatus vero Removebit
a se culpam in questorem tamquam ab eo retentus: Imperator
necessitate se excusabit tamquam a tempestate cohactus
sit insepultos dimittere; horestes in matrem crimen et cul-
pam retorquebit tamquam merito passam: Sed cum in omnibus
una sit fere ratio intendendi ac refellendi, ne longior
quam opus sit precipiendo sit oratio quod de una aliqua assuerabitur
de Reliquis quoque intelligatur facta parva commutatione
pro rei qualitate: Primus itaque accusatoris locus
erit expositio factorum cum aliquali amplificatione ut
diximus in absoluta puta si dicatur, Arma equos et
omnem belli gerendi apparatum ac tuende libertatis presidia ho-
stibus tradidisti rem p. lesisti: Item leges et constitu-
tiones de perfectione legatorum in hanc diem severissime
servatas, auctorem Senatus et populi decretum non perficiendo
quo iusserat contempsisti rem p. lesisti: Aut insepultos

expositio

ceilitas

milites qui vitam rei p. condonauerant qui ceteris in-
uicte fortitudinis exempla prebuerant dimisisti, interuisti
superstites ab eo ardore pugnandi, et ne quisque pro re p.
mori velit effecisti eoque facto rem p. lesisti: Nam quod
ad horrestem attinet pro expositione est malefitij propo-
sitio et obiectio, Ordo uero et causa facti magis est pro defen-
sore: Quia quod et ex partibus iuris presertim nature et boni et
equi non incommoda educi posset expositio: Secundum
expositionem si lex inciderit ut in absoluta utrumque ad
commoditatem cause explanabitur; Defensor contra
expositionem diffinitionem afferet Non est ledere rem
p: seruare exercitum militesque ex magno periculo
incolumes educere; et non est parricidium adulteram
et patris interfectricem ulcisci; Quod si oppositum afferre
non possumus ad disparatum confugiemus ut non hoc
est ledere rem p: Sed determinato afficere prodere exercitum
classem hostibus tradere: Accusator diffinitionem
suam huic opponet a factis ut supra et per Ratioci-
nationem idem esse ostendet id quod factum est cum eo quod
defensor diffiniuit, ut ledere rem p. est arma ho-
stibus tradere, equos amittere, debilitatum exercitum

ac sub iugum missum reducere; Et parricidium est
indamnatam mortem consulto necasse, nihil enim ad parri
cidij nomen aut penam refert qualem mortem quis occiderit
si consulto si sine iudicio si indamnatam occiderit: In compa-
rativis non eque commode ac in ceteris assumptitijs
tractatur raciocinatio sed caute adhibenda est Non est
possumus dicere Idem est in columnes milites reducere
et arma hostibus tradere; sed ostendendum est per aliquam
circumstantiam tam hoc quam illud esse lesionem rei p: Deinde
ad amplificationem se convertet, Magnum facinus esse com-
missum exercitum in terminis infamem debilitatum et ad
futura prelia inutilem esse reductum, munimenta et vires
rei p. arma equosque hostibus tradita; Maximum facinus
parricidium, singularia supplicia contra parricidas a ma-
ioribus excogitata, summa diligentia semper illos cavis-
se ne cuique parricidium impune esset, ne deorum immorta-
lium ira in parricidam concepta in ipsos converteretur; Et contra
legatum contemptam esse senatus auctoritatem, populi decretum,
sublatam e civitate necessariam consuetudinem paren-
di magistratibus; Tempus utile rei p. commodum obeunde
legationi obmissum; hic defensor in assumptionem

labetur et que propria est facti defensio cum Amplifica-
tione dicet, Utilius rei p. fuisse milites incolumes
servare quam una cum impedimentis quod futurum erat omnino mi-
lites quoque amittere; Horestes vero assumpta Relatione
In clytemestram crimen retorquebit et merito inter-
fectam dicet quod tam feda ignominia tam atroci iniu-
ria parentem suum, domum, familiam, se denique
affecisset ut non tam rectum fuerit in iudicium vocari
quam eo modo ulcisci; factum denique cum assumptione compara-
bit et hoc quidem attenuabit illam verbis et sententiis au-
gebit: Accusator extenuata assumptione crimen
augebit, voluntatem in dubium vocabit et non ea in-
tentione fecisse dicet: Preterea impugnabit assumptionem
aut per inficiationem non perisset miles; non rectius
fuit ulcisci quam in iudicium vocari; aut per obsisten-
tiam, non eo modo educendus ut sub iugum mittentur
et fedus turpissimum tua auctore solum et sententia ini-
retur; et non tamen a te filio ulcisci mater et necari
oportuit; que locis honestatis et utilitatis de quibus
in deliberativa dicetur confirmabuntur; Si assumetur Re-
motio Accusator primo voluntatem in dubium vocabit
deinde per inficiationem aut obsistentiam dicet; Non

vere Remoueri, et si vere non equo non bono non ex con-
suetudine aut p^ca utilitate; Consulto factum negligenter
significandam fuisse Senatui questoris tarditatem. Neces-
sitatem et ignorantiam similiter inficiatio et obsistentia
impugnabit positam prius in dubio voluntate: Dicetur preterea
ignosci non conuenire vel quia non sit data opera ut necessi-
tas vitaretur, sciretur, Consulto in eam deuentum, po-
tuisse prescriri, vitari, diminui ratione, non fuisse tam gra-
uem sua culpa venisse; Et si hunc turpitudinem quod-
vis prius perpeti oportuisse quam in eam turpitudinem deuenisse;
Ad extremum imprudentia, casus, necessitas, inertia, ne-
gligentia, fatuitas et id genus dicetur; Si inciderit
vtrumque violenta diffinitio afferetur; Que aut id quod factum
est aut id quod factum esse conceditur in oppositam partem conuertit
veluti dictum est supra de violatione; ut non est hoc exercitum
seruasse sed ciuitatem caritate annone grauasse induc-
tis illis qui neque in termes redire in expeditionem possunt, neque ad
defendendum menia sunt necessarii; et ergo non est hoc
ignominia exercitum affecisse, sed ad ignominiam delendam
reseruasse; Neque est ciuitatem annone caritate gra-
uare, sed grauatam sublevare eductis ex obsidione
illis qui bellum propulsare et rerum copiam inducere possint;

Et nō est hoc parentem ulcisci sz leges et iudicia
perturbare et malefacta aliorū per parricidium
imitari; Et parricidiū est parentē in ultimum di-
mittere, domū in ignominiam rapi, familiam ac
sedeniq; in periculo sinere; Et nō est hoc parricidium
sz adulterij sublatio et Regie domus expiatio
ab ignominia: Nam si contrarium inferre non
possumus tamen in his quae in ceteris ad disparatum
recurramus opz: Infinitio deinde utrique etiam
conuenit ut opz imperatorem saluti suorum quomodocumque
consulere, et opz filium quomodocumque parentis mortem
vindicare; Item nō opz sine consilio senatus
aut cum damno et ignominia; Et nō opz sine iu-
ditij auctoritate nec tuum erat iudicare: Absolutio
et pro defensore est cui Repulsio semper occurrit
ut hz imperatori quomodocumque et cum ignominia exerci-
tum seruare eaque conditione milites ei sunt crediti; Que
infinitio in partibus quarum auctoritas prebet occasionem
valet; In horeste nō dicemus licuisse matrem
interficere, sz callide inueniemus absolutionem quod aut
propter potentiam clytemestre aut propter amicitias egysti
aut quod tempus nō patiebatur aut propter aliquid tale

inutile fuisset in iudicium vocare; quod et illud
dici efficacius esset et magis proprium in ea causa, licuit
Agamemnonis filio et successori in regno de adul-
tera et de cede patria iudicium ferre; hic obsisten-
tia ius gentium opponet et non antequam hereditatem
adisses licuisse dicet; Ex qua sequetur com-
paratio partium iuris At defuncto patre filius
succedit in iure universali, et qui hereditarium
Regni ius habet Rex est quamvis non adierit possessionem:
mihi ne possessionem adirem nihil obstabat preter
clytemestram; At mater erat et illud consue-
tudo quedam tibi indulgebat ab hoc natura abhorre-
bat cui parendum fuit, vel non tamen proprium
dolorem manu tua ulcisci debebas; At iudex
unusquisque sue iniurie est si aliorum iudicium ad-
vocare non potest; Sed non in parentem; At ius ne-
cessitatis potius unde et scelerati parentes habentur
odio; nihil enim virtute homini coniunctius a qua quod
discesserint alieni sunt putandi; Et similia
Sed nos non tamquam Regiam causam sed veluti privatam
in exemplum adduximus: Labefactata Absolutione

per obsistentiam aut inficiationem, intentio et qua-
litas ad extremum locis communibus explicabitur, et congerie
incommodorum que crimen secuta sunt aut sequi voluisse
reum demonstrari poterit amplificabimus: Communis
locus unus fere omnium assumptionum paucis pro ne-
gotio commutatis, sed ut facilius res percipiatur sic
distinguimus: In comparatione Accusatoris, in eum
qui cum de aliquo facto turpi aut inutili aut utroque fate-
atur querit tamen defensionem et indignitatem et
turpitudinem cum indignatione proferre; et in eum
qui inutile utili preposuerit cum potestatem statuendi
non habuerit: Defensoris Contra eumque censeat
rem perniciosam utili preponendam; nullum factum
inutile aut turpe potari oportere, neque utile neque
honestum nisi quo animo qua causa quo tempore factum sit
intelligatur; Alter locus per quem magna cum
amplificatione beneficii magnitudo ex utilitate
aut honestate aut facti necessitate demonstrabitur
Tertius per quem Res expressa verbis ante oculos eorum
qui audiunt ponitur, ut ipsi quoque se idem facturos fuisse
arbitrentur si sibi illa res aut eadem causa per idem

communes loci comparationis

Relationis

tempus accidisset: In Relatione Accusatoris: Non oportere audire eum qui noluerit iudicium fieri de eo crimine quod ipse conferat in alium; et contra eum qui voluerit plus vim suam quam iudicium publicum valere; et contra eum qui peccata peccatis et iniurias iniuriis non legibus ulciscendas putaverit: cum conquestione de eo qui indamnatus supplicium penderit et in eum qui suspicerit audaciam et crudelitatem: Defen: In audacia eius quem ultus sit cum sui conquestione, Rem non ex nomine ipsius sed ex consilio eius qui fecerit et causa et tempore considerari oportere; Quid mali futurum sit aut ex iniuria aut ex scelere alicuius, Ni tanta et tam perspicua audacia ab eo ad cuius famam ad parentes aut ad liberos pervenerit aut ad aliquam rem quam caram esse omnibus

Remotionis

necesse est ut opus fuerit vindicata: In Remotione Accusatoris Contra eum qui se peccasse fateatur et aliena culpa se defendit, et si quid indignationis aut conquestionis et ipsa re summi poterit: Defen: Indignatione utetur quod aliorum culpa in periculum

purgationis

adducatur: In Purgatione Accusatoris Contra eum qui plus ignorantiam suam quam leges valere vult et similia:

defen. Conquestio calamitatis quod non culpa sua in-
discrimen vocetur; De fortune potentia, hominum infir-
mitate; Animum non eventum considerandum; In quibus
omnibus erumnarum suarum conquestio et crudelitatis
adversariorum immiscebitur: Et hec de con-
troversiis que in facto sunt dixisse sufficiat, nec verborum
idest scripti disceptationes prosequamur: Nam cum que-
ri mea que scripta sunt soleant, et de iure hominis qui
rogat dubitari possit, aut de temporis rogatione
quod est varium sive cum fuerint nundine promulgata
sit lex, sive non idoneo die sive contra intercessionem
vel auspicia aliudve quippiam quod legitime obstet
ut alicui manentium legum repugnare; Preterea
accidit aliquando ut vitium sit aut in verbis aut in rebus
et in verbis queratur satis significent an sit in his ali-
quid ambiguum; In rebus an lex sibi ipsa consentiat,
an in preteritum fieri debeat, an in singulos homines, maxime
vero cum sit querere, an sit honesta an utilis, pia, iusta,
religiosa ex quibus aliquando tote leges aliquando in parte re-
prehendi soleant et sint et que non in perpetuum rogan-
tur, sicut de honoribus de premiis; Preterea que

in diuersum et que in contrarium interpretantur
et que aliter quam scriptor voluerit significare dicantur
Contingit sepe disputari in causis quoties de quibus in prin-
cipio meminimus Sententie ac scripti, contrariarum legum;
Raciocinationis et Ambigui: quarum singularum
quisnam loci et que tractatio explicabimus et
primo Sententie ac Scripti:

Cum disceptatio est Scripti et Sententie ut in lege peregrino ascendere
murum ciuitatis capitale esto: Si ex verbis legis ac-
cusaretur peregrinus qui oppugnantibus hostibus ciui-
tatem inscenso muro ducem eorum interfecit; Primus
accusatoris locus erit expositio, ut cum ciuitas propter diu-
turnam obsidionem eo iam redacta foret quod omnis spes
salutis in sola obseruatione legum et sanctionum
publicarum sita erat Tu illud quoque presidij sublatum in extremo
periculo ipsius contra legem murum ascendisti: et expo-
sitioni subnectitur semper scripti recitatio: Contra De-
fensor adducit prius intentionem legislatoris declarando per
omnes circumstantias quem peregrinum quo tempore quo modo
qua de causa noluerit aut voluerit murum ascendere:
Deinde voluntatem suam proferet, ut non esse factum
inspiciendum, sed qua intentione murum ascenderit scilicet
pro defendenda ciuitate ad deturbandos propulsandosque

hostes; Cui accusator opponit inscriptionem ut nihil horum
addidit legis Lator cum sciret multis ex causis contingere
posse quod murum inscenderent peregrini; sed quia noluit
aliqua ratione inscendi simpliciter expressit voluntatem
suam, Addeturque brevis collaudatio scriptoris cum scripti
commemoratione, tamquam commode, plane, lucide ac
sine ambiguitate sit scriptum: Defensor ad iu-
ditium et voluntatem scriptoris iterum confugiet, ut
iccirco nihil horum est additum quam legis lator
ita clara putavit ut per se intelligerentur, neque
attinebat scribi que plana erant, utetur et ipse
deinde collaudatione scriptoris quod necessaria tantummodo scripse-
rit que dubia minime erant ascribenda non duxerit:
Accusator; Contrariam sententiam eodem loco insistendo
explicabit ut non propterea obmissa scribi ea que reus alle-
gaverit quod per se intelligi potuerint, sed quam omnino noluit
peregrinum murum ascendere, Et commode potuisse si
voluisset exceptiones aliquas apponere; et esse leges mul-
tas cum exceptionibus; sed vidit quod erat aut iniquum aut
contra iura communia, aut inutile; id vero quod scriptum est equum
utile, salutare rei publice et explicabit causam quare non
aliter quam scriptum sit senserit: Defensor colliget per Ra-
ciocinationem: Inscriptionem et Intentionem scripti ut nihil

refert additum ne sit pp salutem rei p. ascendat
an nō sit additum nā sine additione clarissimū
est: qui locus fictoriis cōprobari solet, et exemplis
legum, i quibus scripte cū nō sine exceptionē tam
intelliguntur, et ex cōsuetudine recta atque uti-
li rei p. interpretantur: Qd si verba tantūmō ne-
glecta sua sequi opz multa inuenientur iniusta
i legibus, que si legum latores voluisse dicantur
nō ex equo, bono et cōi utilitate leges sansisse
apparebit; sz aut iniqui aut stulti aut inuidi
videbuntur, quippe qui iniusta, impossibilia,
repugnantia, inhumana scripsisse deprehendentur in-
turbis si sine sunt aspernande: Accusator p Diffini-
tionem demonstrabit, inscriptionem ab intentione plum
differre, idq ex diuerso euentu facile probabit; sz qd ex
hoc qd ex illo cōsequi possit breuiter aperiet: De-
fen in aliq Assumptitiam delabetur ut in exo i cōpara-
tionem p quam potest prius cōcessione differentie quam
actor p diffinitionem explicauit utilitatē ex facto
suo secutam allegabit: hic Accusator Repulsione
utetur et p aliquam circumstantiam assumptionē refu-
tabit ut si huic rei p. utilitati ee volebas alr sibi

consulere debuisti non preuaricatione legum: Defen:
Comparatione utetur et factum suum cum utilitate se-
cuta comparabit, Et tutius atque honestius dicet id se-
qui quod salutem rei p. peperit quam verba legis: Contra que
Accusator: Iudices incerta verba iurasse que sequi oppor-
teat, periculosum si a scripto discedatur, quod potius ob-
seruandum quam id quod reus argute cogitauit affirmabit:
quid plures ciuitates in similibus sentiant, quid iustius quid
commodius quid utilius: Defen ad violentam Diffi-
nitionem se transferet; ut non est hec preuaricatio sed le-
gum constitutio et firmamentum: Item econtra Immo nihil
aliud est quam preuaricatio Lex murum prohibet ascendere
tu ascendisti: Defen: Infinitione utetur licet cuique
consulere ciuitati in qua viuit: Item non licet nisi serua-
tis legibus: Siue et ut in Assumptiuis per obsistentiam
altera Repulsio opponitur Infinitioni, ut etsi licet pro
virili parte cuique consulere rei p, non tamen quomodocumque
libuerit aut iniussu populi siue in consulto senatu: Defen:
Absolutionem afferet ut licet omnia seruande ciuitatis
causa: aut si et non licent eo in periculo et eo casu mihi licuit:
Ad extremum qualitas et Voluntas per omnes locos tractantur:
A. scripto in eum qui cum fateatur contra legem fecisse tamen

audet querere facti defensionem: A. Sententia contra eum qui
scriptum recitet et scriptoris sensum et voluntatem contempnat:-

Contrariarum Legum constitutio Geminatis eisdem locis quibus scriptum
et sententiam tractari diximus absolvitur; preterquam quod In-
scriptio, Raciocinatio, et Diffinitio rarissime in hac con-
stitutione inveniuntur; Nam quicquid ex his locis ab uno
dici posset ab altero similiter proferretur: Sed et continentia
huic accidit constitutioni que in scripto et sententia non ex-
plicatur: In Reliquis ordo tractationis idem est am-
babus Sed ut planius intelligatur posito exemplo totam ipsi-
us tractationem explicabimus: Lex est Abdicatus pater-
num nihil possideat: et lex alia Qui tempore tempesta-
tis in navi permanserit ipsam et res habeto: Abdicatus
tempestate ingruente Remansit in navi paterna, cum
vellet eam possidere repetitur ab eo: primus locus actoris
ut in scripto et sententia erit expositio: Cum sis abdicatus
navem possidere non potes: Contra expositionem a. de-
fensore affertur Intentio legis ut supra Dicetur quod privari
ea lege filios successione hereditaria, se non ut filium
Sed ut alienum navem possidere; cui loco legis sue ex-
positionem subinferet quod lex scilicet jubent eius na-
vem esse qui tempore tempestatis in ea permanserit: Ad-
versus quam expositionem actor similiter ac ille utetur legis:

Si [illegible] exemplum Sed in iudicio ex-
[illegible]dum esset non ita sim-
[illegible] Sed de ante acta vita
et causis abdicationis legitime
[illegible] dicerentur: Sed hic
exemplum adducimus non causas
agimus: quod intelligendum
est et in reliquis locis qui
[illegible] veluti ad exemplum tracta-
[illegible] non ad rem veram
[illegible]:

Intentione Dicendo Legis Latorem voluisse eos qui abdi-
cati non erant navem habere si remansissent, et tunc cum
alia lex non contradicet: Inscriptio Raciocinatio et
Diffinitio In hac constitutione ut dictum est Inveniri vix
possunt; Accommodarentur tamen si una lex dilucida
altera obscurior videretur; Aut cum una lex esset In-
frequenti usu altera pene absoleta, aut cum una vehemens
esset in verbis sanciendo alter Remissa, et generaliter in omnibus
in quibus per scriptum aliqua efficax differentia col-
ligi posset strictioris aut laxioris observationis: Ac
proinde In ex° his locis obmissis Afferetur utrumque altera
Intentio per quam sententia et voluntas scriptoris ab utroque
et in utroque scripto Inquiritur; Actor itaque dicet Ideo
Legem privasse abdicatum rebus paternis quod indignum
duxit turpem atque Invisum patri filium paterna pos-
sidere: Defensor, Non propter hoc sed ut necessitate cogeren-
tur filii per Industriam se ipsos alere, et ut ad labores
et pericula capessenda excitarentur; Abiectoque otio
et potentia socordia rei p. utiles cives redderentur; Et
utrique personam Intentioni accommodabit; Ille filii turpi-
tudinem, mores perditos et vitam profligatam ad omnia fla-
gitia: Hic labores, Industriam, pericula, tempesta-
tem breviter subnectet: Item Ideo ei qui in tempestate

remanserit navem dari iubet ut audaciores navem
reddet in tempestatibus et ob id pauciores naufraga-
rentur cives: Ex parte actoris hic locus non incidit
vel infirmus est: Assumptio actoris hic relativa
est, et intentioni defensorie opponitur hoc modo Si abdica-
tus es et nihil paternum possidere potes, et utetur brevi
amplificatione per locum communem contra abdicatos: In omni enim
relatione Assumptio loco communi approbatur: Defen: Assump-
tio sed mansi in navi in qua comparativum quod incidit;
utilius rei p. in navem adiudicari ut hoc ex alijs conen-
tur cum suo periculo a tempestate naves conservare:
hic tempestatis vis ante oculos magnifice ponitur: Repul-
sio defensoris ad Assumptionem actoris per inficiationem
prius deinde per obsistentiam refertur; Et si is etiam quem
tu putas et ita turpis ita infamis nunquam tamen iure
ea navi privaretur quam servavi; Neque licet nunc preteritam
vitam accusare, sed factum presens et meritum est attenden-
dum in quo virtutem et laborem meum negare non potes:
Actoris repulsio: Alijs in rebus et non in his que lege pro-
hibentur virtutem tuam ostendere debuisti: Compa-
ratio quod nam scriptum servari oportet: In qua disputatione
vis et qualitas legis existimatur, ut que iubeat que

permittat, que vetustior que ad maiores et graviores res
atque homines pertineat, que a pluribus observata, que a gra-
vioribus auctoribus rogata, que iustior, que bono equo
magis congruat, que valior et magis necessaria, ex qua
plura et maiora periclitentur et similia: Contineen-
tia est locus per quem positis diversis scriptis diligenter quid
in quoque contineatur consideramus ut si fieri potest que contra-
ria videantur sic concordemus, ut si secundum opportunitatem
nostram uni ex illis pareatur aliud quoque in robore suo con-
servari videatur; et contra sublato uno alterum quoque ab-
rogari demonstretur ut in exemplo Si navem possedero utraque
lex in robore suo perstabit, Mansi in navi eandem ex lege
obtinebo neque ob id derogabitur alteri legi; Relicta enim in
tempestate navis iam non prioris erat, neque ut paterna sed
ut servata a me possidebitur; Ceterum quia in hoc casu
non satis plane hic locus incidit per aliud exemplum vim ipsius dilu-
cidius explicabimus: Lex est rapta raptoris mortem
aut indotatas nuptias optet; Quidam duas rapuit
altera mortem altera nuptias optat: Que agit capitis
utramque legis partem in Robore suo mansuram dicet
si raptor plectatur, eo enim modo utriusque iniuria ulta erit:
Si alteram ducat uxorem alteri nullo modo ex lege penas
dabit: Per hunc locum abrogatio et derogatio in legibus

considerantur, vis et in precipiendo aut permittendo et generaliter
omnia que sanctiorem augustioremque legem demonstrare possunt:
Quod si ex diverso quoque tale aliquid allegabitur per collationem ut supra
nostra ex partibus honestatis et utilitatis elevabimus et que
ab adversario allata erunt deprimemus et eventum demon-
strabimus in utraque sententia: Violenta diffinitio. Non
est hoc possidere rem paternam sed navem desperatione re-
lictam in media tempestate conservasse que iam nullius
erat; et econtra, non poterat non esse prius navis que nullius
alterius erat: Ad extremum infinitio et ceteri loci qui
in scripto et sententia infinitionem sequuntur cum incidunt ut
in assumptitiis dictum est tractabuntur:

Raciocinatio ut dictum est superius ex eo quod scriptum est, aliquid non
scriptum colligit, Eius que sit tractatio posito exemplo indicabi-
mus: Licuit antiquis comicis nominare in comedia quos
voluerunt reprehendere ut per Redarguti homines emen-
datiores redderentur, Exemplum invalescente malorum nuper
ea lex abrogata est et latum ne quis de cetero quempiam
nominaret; Quidam comicus eorum quos nominare
non licebat simulacra in hystrionibus personatis indu-
cebat Accusatur tamquam nominasset: Primus Accusatoris
Locus expositio: Ledis cives contra legem in Comedia:

Defensor accomodatione utetur per quam factum suum a scrip-
to seiunget hoc modo Atque neminem nominavi hoc enim lege cave-
batur: Accusator colliget per Raciocinationem, Nihil differt
personatim cives an nominatim inducas, utroque enim modo populus
certa ratione cognoscit quem vituperes quod legis lator fieri no-
luit: Defen: Diffinitione demonstrabit plurimum differre et
diversitatem ostendet genere, natura, vi, magnitudine, loco, tempore
persona, opinione; Intentio communis est utrisque. Accusator dicet
legis latorem noluisse comedos quemquam civium vitupera-
tione afficere: Defen: Non propter hanc causam latam legem,
sed quoniam per utilis comedia civibus visa est non omnino exclusa,
sed prohibita est ledere nominatim ne in eternam memo-
riam vituperatio permaneret et quasi commentarium vituperationum
comedia extaret ad posteros, cum tamen ad presens corrigi cives
utile putaret, Ego neque nominavi quemquam neque scriptam vitu-
perationem reliqui, et eam utilitatem quam legis lator vo-
luit ex comedia contuli civitati: Accusator per ampli-
ficationem magnum quod commissum ostendet, et violenter
diffiniet Nihil aliud est nominatim ledere quam certo signo
indicare quem vituperare volueris quod tu fecisti: Compa-
ratio deinde quod detestabilius sit eos cives quos ledere
velis sic adducere ut eosdem ipsos populus videre existimet

q̃ nominare: Hic tam Relationis q̃ Comparationis
Assumptio pot incidere ex parte defensoris: Relationis si ve-
hementer infames essent dicent enim iure vexatores reip: sedi-
tiosos sicarios et huiusmodi vituperatos: Comparationis
si conducibilius atq; utilius dicetur fuisse reip. ut ceteri ab
eiusmodi sordibus abstineant, Aut et ipsis ut sic notati
se emendent, et p virtutes infamiam deleant: Repulsio
accusatoris melius accusando q̃ eo spectaculo ipsos a
vitijs retraxisses et reip. commodius consuluisses: Absolutio
Licet unicuiq; ut pot vl' ut vlt dummodo leges non eueniat
qd' utile futurum intelligit facere: Qualitas et voluntas
similiter ut in superioribus: Raciocinandi nonnulli plures
modos tradidere sz quatuor potissime sunt efficaces de
quibus sup meminimus videlz a simili, a contrario, a
maiori, a minori: Nam si fidem prestare debet tutor
debet et procurator; Et si his qui benefecerint gratia debetur
Illis qui male oduntur: Aut si deprehensum furem licz occi-
dere licet et verberare, et si Tibicines publicitus sunt
reuocandi et Senatores:

Ambigui est legitima constitutio cum scriptum plures sententias continere
videtur; qd' multis modis accidere pot videlz multiplici

potate verborum, Dictionis tam redditione q̄ cōpositione
Accentu, Gn̄e, nūo, Aspiratione; In multiplici potate ver-
borū ex^m ambigui erit, Thaurus legatus In testamento quo
nomine vocabatur Testatoris servus admonitū p̄tiosus: In
redditione dictionis ex^m Lutius heres meus Triginta pon-
do argenti fannie que volet dato: et fannia et lutio
referente ad se que volet: In Cōpositione ex^m erit Te-
stamentū eius qui duos servos habebat alterū Lesiū no-
mine alterū milesiū et scripsit decedens heres mi lesi
esto: Reliqua ambigua planiora sunt q̄ que ex^is sint
Indicanda: Ceterum eius constitutionis hec est tractatio:
Meretrix si coronam auream habeat p^ca esto: Expositio accu-
satoris quid faciens sit breviter proponit h^o mō; Lex
te p^ca ee Jubet: Defen: Expositio Ambigui nam expla-
nat Nō me sz coronam: Intentio legis latoris per
quam ad utilitatem nostram scriptum exponimus, ut
Atrociter legis lator meretrices puniendas putavit; Atrox
facinus meretricem eiusmodi corona se exornasse qua
sola utuntur pudice: Item econ Puniendas putavit
sz nō acriter adeo ut existimas, et utrq; Intentionē aliis
legibus, nā, more, equo, bono et consuetudine confirma-

bit, ut appareat hoc non illud aut hoc potius scriptorem voluis-
se; Item ex honestatis aut utilitatis eventu quod indignum
turpe inutile et causas quare ita explicabit: Ad extremum per
coniecturas disquiret in omnibus circumstantiis quod potissimum eo
loco eo tempore ea in persona et causa voluerit aut velle debuerit scriptor:
Continentia indicat que sententiam alteram continent sic ut vo-
luntas scriptoris omnino adimpleatur, ut si tu pro eris et coro-
na tecum publicabitur, si corona dabitur tu tamen facinus
impune susceperis: Assumptio est Relationis per locum communem
contra meretricem: Repulsio sufficit ignominia, satis quod
infamis, quod ab honestis excludor; Repulsioni semper
subditur absolutio nisi cum Reus mali se quicquam fecisse con-
fitetur; Non enim potest dicere id sibi licere quod quamvis leviori
pena tamen puniendum confitetur: Infinitio Accusatoris oportet
meretricem que pudice ornatum assumit acerbe punire:
Defensio: Misereri oportet eius que ab egestate coacta ut se alerent
id fecit quod nemini obfuit: Qualitas et voluntas per communes
locos ut in ceteris adhibita consideratione si legem contemp-
serit aut ignoraverit: ~

Absolutis causis de quibus in iudicio agitur deprecationem obmit-
tendam non putavi Et si per se ad iudicem non veniat, quan-
quidem iudiciariis causis plerumque immiscetur easque
non mediocriter adiuvat, atque etiam per se tractari pot

[illegible]

culentam habet: Eius [illegible]

incidit estque efficax cum pro [illegible]

dum est cuius beneficia et [illegible]

eos ipsos qui audiunt precesserint aut [illegible]

fuerint; Quod si nihil tale de eo dici aut promitti [illegible]

licebit maiorum ac familie res magnifice gestas et [illegible]

ta in medium afferre quibus culpa eius modi videatur

condonanda: Absolvitur autem his maxime locis: Exte-

nuatione, Voluntate, Comparatione, Eventu, Attribu-

tione, Commiseratione: Extenuatio verbis et sen-

tentijs obiectam culpam minuit atque eleuat, ut non

tam atrox appareat quam profertur ab aduersario: Vo-

luntas studio recti per errorem, aut necessitate aut casu

in culpam incidisse affirmat: Comparatio virtu-

tes ac merita Rei familie ac maiorum cum culpa con-

fert et excellere demonstrat: Attributio ex his que personis

attributa sunt deprecationem tractat, ut si mitia sit implo-

randa dicemus iudicem misericordem humanumque semper

fuisse magnamque ex iure laudem consecutum; Si pro digni-

tate retinenda agemus allegabimus nobilitatem am-

plitudinemque auditori suam et generis sui, magistratusque

et honores splendide ac magnifice gestos; Et sic de Reliquis
pro ut erit actionis qualitas: Eventus demonstrat nō
periculi ab reo imminere, usui atque ornamento rei p. auditori-
bus aut illis quos caros hnt futurum; Et ex liberatione ipsi-
us magnam laudem assecuturos auditores tam apud suos
quam apud sotias et vicinas civitates: Commiserationis officium
et Tractatio superius demonstrata est, de qua quicquid illic
dictum est huc traducatur: Siquis vero adversabitur depre-
cationi contrarijs locis commodissime utetur: Sed iam
ad deliberativas materias transeamus, Siqua enim supersunt
precipienda in iudiciarijs diligens adinveniet exercitatio:

Deliberativum genus Causarum futurum tempus respicit positumque est in
consultatione: Eius partes due sunt. Suasio et dissuasio: Suasio
est oratio que consulendo aliquid faciendum esse ostendit: Dissua-
sio in contrarium nititur; partes orationis in hoc genere sunt
eedem que in iuridicialibus causis: Exordio tamen quale
est in illis ubique non eget quia conciliati sumus his quibus con-
sulimus, initium tamen quodcumque debet habere prohemij speciem
Nec abrupte nec vero libuit incipiens quia est aliquid in omni
materia naturaliter primum: Quod si utique principio vel insinua-
tione utendum putaverimus eisdem rationibus quibus dictum est

In iudiciali

In iudiciali causa inuenietur atque absoluetur: Mar-
ratio cum pertineat ad res preteritas rara in hoc genere incidit
utique si qua inciderit ut superius monstratum est expli-
cetur: Diuisionem quoque breuem et absolutam faciemus
maxime ad finem accommodabitur; Cum enim deliberationis finis
sit utilitas cum honestate coniuncta, oportet sic diuidere ut
ex uno quoque diuisionis membro vel ipse finis vel ea que
finem consecuntur appareat; Confirmatio et confutatio
eisdem ferme locis et tractatione quibus in iuridicia-
riis in hac quoque causa fieri consueuit: Ceterum proposita
deliberatione prima ratio de statu et constitutione habenda erit
prout in aliis controuersiis dictum est supra; Nam de-
liberationum alie a scripto alie ex re ipsa nascuntur;
Que a scripto est una vel pluribus si inciderint legitimis con-
stitutionibus absoluetur: Que a re ipsa oritur eadem
ratione vel una vel pluribus si inciderint iuridiciariis expli-
catur; Secuntur enim se inuicem status et alter alteri
adminiculatur in hoc genere eodem ordine quo monstra-
tum est supra: Et proinde danda erit opera ut quamplurimarum
constitutionum locis partes nostras adiuuemus: Na-
scitur vero a scripto deliberatio hoc modo: Lex est: Tribus
diebus de bello populus consulatur: Camillus audito

gallorum aduentu ad urbem eodem die consulit exeun-
dum obuiam; In hoc casu suasio innitetur legis sententie
pars dissuadens scripto utetur ex qua conflictatione na-
scitur constitutio scripti et sententie; et eadem ratione aut a contrariis
scriptis aut ex Ambiguo aut ex ratiocinatione deliberatio
trahi potest: Ex Re ipsa oritur hoc modo, Exercitu crebro
ad muros fugiente deliberat imperator utrum diruat muros,
Si dissuasor simpliciter non diruendos dixit iuridicialem
absolutam faciet constitutionem; Si exercitum moleste id la-
turum asseuerabit Coniectum accedet, Si victoriam vo-
cari posse negabit diruto presidio ciuitatis in diffini-
tionem labetur, Diffiniendum quippe qualis murorum
status victoriam faciat celebrari; Si sine consilio
senatus minime fieri posse contendat prescriptio erit:
ex quo patet omnes principales status in deliberationem incidere,
Sed et assumptitie constitutiones in hanc veniunt; Cum dicimus
bellum inferendum mitendi ad multos Romanos
ciues uno die atque uno nuntio interficiendos curauit
Transferimus enim crimen in ipsum; Aut cum deliberamus
utilius ne sit Carthaginem diruere an incolumem ser-
uare ut populus Romanus a bonis artibus non desciscat;
sublata emula imperii que erit comparationis constitutio; et
sic de reliquis ex quo patet omnes constitutiones in deliberatiuam incidere:

aut ad illam retorqueri, sed que sit eius in universum tractatio aperiamus: Constitutionibus earumque partibus si plures inciderint inventis omnes locos quibus eiusmodi constitutiones absolui monstratum est discutiemus si quid ab eis inveniri potest pro causa adiumento: Deinde labemur in deliberationis propria precepta que a fine manant omnia, et ea sic causae accommodabimus ut minime seiuncta ab aliarum constitutionum locis videantur sed in unum concurrant unumque corpus orationis efficiant: Est autem in deliberativo genere ut dictum est finis honestas utilitati coniuncta sic tamen ut principatum teneat honestas: Multa enim licet inutilia ex sola honestate sunt appetenda et multa quamvis utilia propter turpitudinem fugienda: Sed ut plane totam deliberandi rationem ad finem dirigere valeamus quid de honesto atque utili sentiendum sit per partes et locos suos hoc in genere explicemus: Expetendarum rerum tria genera esse videntur et eorum fugiendarum tria: Sunt enim quedam que dignitate sua sine aliquo emolumento ad se alliciunt que pure honesta nominantur ut virtus scientia veritas: quedam non sua vi sed utilitate non turpi expetuntur ut pecunia agri et similia que utilia dicuntur; quedam ex utili atque honesto mixta sunt et propter utrumque expetenda ut amicitia dignitas: Primum

De his que pro[illegible] tenda aut [illegible]

honesta

utilia

Mixta

Itaque gens in laudabile ac rectum diuidit: Laudabile
ex virtute atque officio conficitur, quidquidem etsi ab illis re
non separatur in dicendo ideo separari solet quoniam non
solum virtus in politicis actionibus verum et laus et
gloria per se expetitur. Ex quo fit ut pretermisso aliquando recto
de quo mox dicetur a sola laudis petitione cohorte-
mur, cum explicamus famam gloriam quam adepturi su-
mus aut infamiam et ignominiam que factum nostrum
sit consecutum; que partibus honesti aut moribus
aut consuetudine omnium aut sapientiorum iudicio et eorum
auctoritate qui rerum illius modi peritiam habent, seu et ciuium
sotiorum et bene institutarum nationum consensu comproba-
re licebit:: Rectum item in virtutem atque officium
diuiditur: Virtus est habitus animi Rationi consentiens, Ea
quatrifariam distinguitur scilicet in prudentiam
iustitiam, fortitudinem, Temperantiam: Prudentia
est rerum multarum memoria atque usus ex quo cognitio
bonorum ac malorum deriuatur; Eius officium est ad rationis
normam que cogitat quoque agit uniuersa dirigere, nihil
preter rectum velle vel facere humanisque actibus tanquam diui-
nis arbitris prouidere; Partes eius sunt Memoria
Intelligentia, prouidentia, Circumspectio, Docilitas,

et Species ipsius

Prudentia et partes eius

cautio: Iustitia est equitas unicuique quod suum est ser-
vans: De Iustitia veniunt Innocentia, Amicitia, Con-
cordia, Pietas, Relligio, Affectus, humanitas; For-
titudo est rerum magnarum appetitio et humilium
contentio, Eius est animum super periculi metum agere
nihilque nisi turpia timere fortiter tolerare vel ad-
versa vel prospera; Species fortitudini insunt Magna-
nimitas, fiducia, Constantia, Securitas, Magnificen-
tia, Tolerantia, firmitas: Temperantie est non appe-
tere penitendum, in nullo legem moderationis exce-
dere, Sub iugum rationis cupiditatem domare; Tempe-
rantiam sequuntur Modestia, Verecundia, Abstinen-
tia, Castitas, honestas, Moderatio, frugalitas, Sobrie-
tas, pudicitia: Ex his vero que de virtute dicta sunt
Nascitur officium, quod quidem secundum etatem scientiam et
dignitatem personarum circumstantiarumque aliarum congruentia
est conveniens virtuti operatio, Ex quo fit ut patet id quod
diversa sunt personarum a privatis, Regum a Tyrannorum, populi
a nationum officiis; Diversitas et etatis in hominibus scientie
Dignitatis et circumstantiarum diversitatem faciat officiorum, Ita
ut alia officia a viris alia a feminis exigantur nec tamen
semper eadem ab utrisque, Nam etas quelibet et conditio rationem

Officium

mutat officiorum, Aliaq; iuuenis alia vir alia
senex, alia priuatus alia magistratus prestare debet;
liber deniq; a, seruo, doctus ab indocto, ciuis ab agrico-
la, miles ab utroq; pater a, filio differunt in officijs exhibenda:
In feminis quoque pro ut erunt virgines, nupte, vidue, ser-
vida an gelida in etate constitute discrepant officij ratione
In sermone, incessu, ornatu ac ceteris actionibus, et deniq;
omnia quoque attributa et reliquis circumstantijs variant officia:
que diligentissime semper consideranda sunt ut unicuiq;
congruens officium assignetur; Tam in deliberando quam et
in laudationibus et vituperationibus de quibus paulo post dice-
mus, ut si explicanda sint imperatoris officia prudentia
et magnitudo animi allegetur, In milite alacritas in obeun-
da pugna et diligentia in parendo dicto seruandis
que ordinibus; In senatore Grauitas et circumspectio
in consulendo et sic de reliquis: que locis temporibus per-
sonis alijsq; circumstantijs congruentia inuenire et ac-
commodare ut difficile ita pulcherrimum ac necessarium:
Ceterum veluti per ea que per se expetuntur adhortari con-
sueuimus, eodem modo ea que per se fugienda sunt ad dehor-
tandum adducimus; Est vero perturbationum per se

per se fugienda

fugiendarum veluti virtutis quaterna distinctio scilicet Dolor,
Metus, Gaudium, voluptas: Dolor est opinio Recens ma-
li presentis In quo demitti contrahique animo rectum videatur,
Eius effectus est quasi morsus aliquis in animo: Species in eo insunt
Invidentia, Emulatio, Obtrectatio, Misericordia, Angor,
Luctus, Meror, Erumna, Lamentatio, Desperatio, et sic
sunt de genere eodem: Metus est opinio Impendentis mali
quod Intolerabile esse videatur, eius effectus est Recessus et quo-
dam fuga animi: huic subiecta sunt Pigritia, pudor, Ter-
ror, pavor, Exanimatio, conturbatio, formido; Gau-
dium est opinio recens boni presentis In quo efferri rectum
videatur hoc profusam efficit hylaritatem: Insunt in eo
Malivolentia letans malo alieno, Delectatio, Iactatio:
Voluptas est opinio venturi boni quod sit ex usu Iam presens
esse atque adesse, ea efficit effrenatam appetentiam: Volup-
tati subsunt Ira, Excandescentia, odium, inimicitia, Di-
scordia, Indigentia, Desiderium et cetera eiusmodi; Quibus
per se fugiendis Adduntur et illa que virtuti et officio adver-
santur et manifeste sunt contraria, ut ignavia, fortitudini,
Iniustitia Iustitie, Intemperantia modestie, Stultitia prudentie;
Que licet ex perturbationum fonte deriventur tamen ut diluciodior

Volup.

Contraria virtut.

preceptio esset veluti seiuncta explicavi: Sed non solum
contraria virtuti sed et que finitima illi videntur inter vitia
ducenda sunt, ut audacia que non contraria sed finitima
est fidentie, pertinacia perseverantie, superstitio rel-
ligioni: Officio autem contraria sunt illa quibus etsi fa-
cien concedimus tamen aliqua circumstantia adversatur ut
si filius parentes aleret per latrocinium et cetera eiusmodi que
per se officiosa essent nisi obstarent circumstantie; In quibus
diligens adhibenda est consideratio sive suadeamus sive
dissuadeamus ne recti specie labamur in vitium; De quibus
omnibus latius a philosophis disputatur, nos ea tantummodo attigimus
sine quibus causa huius finis neque intelligi neque tractari
potest: Nunc ea prosequimur que non turpi utilitate
alliciunt ad se homines vocanturque utilia: In his sunt bona
fortune que fere omnia propter corporis commodum expetuntur;
Ceterum cum humanum corpus quid sit et ex quibus
consistat constet Aperiendum est que quasi corpus civitatis
efficiant et sine quibus non subsistit: Tota enim ferme de-
liberandi ratio propter statum publicum inventa est In quo de magnis
et gravibus rebus sepe deliberare contingit, quibus cogni-
tis facile private deliberationes absolvuntur: Ea igitur sine
quibus civitas minime subsistit sunt Agri, Portus, Pecunia,
Classis, Naute, Milites, Socii: Que licet non omnia singulis

Quibus Constet Civitas

tam quia omnibus ciuitatibus sunt necessaria ciuitatis corpus con-
stituere dicenda sunt: Oportet itaque illum qui rei p. consulit
diligenter considerare quibus quasi membris ad vitam necessariis
ciuitas contineatur, quibus adiuuetur, quibus exornetur:
plurimum enim refert pertineat ne id de quo agitur ad corpus
ciuitatis, an ad amplitudinem et dignitatem solum;
Nam quod salutem spectat in necessitate consistit; ea vero
que sunt dignitatis et amplitudinis ad usum referuntur; qui
igitur naues, arma, menia, reficienda instauranda que
dicit de incolumitate ciuitatis agit; qui augenda cen-
set incolumitati potentiam adiungit: Ac primum inci-
uilibus causis utilitas diuiditur in incolumitatem et poten-
tiam: Incolumitas est salutis tuta atque integra conseruatio;
huius partes sunt custodia regionis, menia, portus, classes,
naute, milites, sotij, arma, equi, imperatores clari et que
ea consequuntur ut commertiorum diligens conseruatio, redditus,
amplificatio, expensarum diminutio et similia que ad con-
stituendam conseruandamque ciuitatem videantur necessaria:
Potentia est non ad sua conseruanda solum sed et que aliorum
sunt obtinenda idonea rerum facultas; Eius partes sunt que
incolumitatis diximus si eximia quedam excellens que copia
et facultas illis addatur; per quam non solum iniuriam propulsare

Potentia ciuitatis

Sed cōmode et inferre ciuitas videri possit: Sz iam de illis
que cōiunctam hnt hōestatem cum utilitate Quorum in primis
sex sunt Spēs. Dignitas, Amplitudo, Amicitia, Bellum, pax,
Legis Latio: Dignitas est alicuius hōesta auctās digna cultu
et veneratiōe: Amplitudo est potentia maiestatis aut aliqua-
rum copiarū habūdantia excellens: Amicitia est mutua
beniuolentia que cōsensu ac pari voluntate conficitur: Bel-
lum est cōtentio aut ad propulsandum presens vl' futurū
periculum aut ad amplificandum imperium; Pax est cepti
belli depositio p fedus: Legis Latio est alicuius rei ex sententia
totius ppli dispositio; Ad hanc Referuntur Abrogatio, Cor-
rectio, Expositio: Abrogatio est cū dicimus nō ēē seruā-
dam legem qm inutilis aut inhonesta aut verūq; Cor-
rectio est alicuius rei in lege additio vl' diminutio; Expo-
sitio est obscure legis interpretatio; et hij sunt fere loci per
quos honestas aut utilitas discutitur in deliberationibus; Quorum
ut facilior sit tractatio scire opz qd quatuor attributa st
tā hōestati q̄ utilitati Necessarium, Impossibile, possibile qd
et facile dr, Difficile: Necessarium diuidr in Nāz et Casum:
Nā necesse est solem oriri, ignem vrē, et dēta occidē: Urbem
vō obsessam venire in hostium potestatem nō nā sz casu necessariū
erit si hostium copijs circūdata, si inopia rei frumentarie

Necessarium
Impossibile
Facile
Difficile

pmatur, Sine q̄ situ munita neq̄ p̄sidio firmata, neq̄ auxi-
lium expectet aliunde, nec sit aliqd qd hostes amouere possit;
Impossibile h̄t similr Casum et nam; Natura celū q̄ esse
Lapides sursum mouet Ignem deorsum: Casu vt si dicas
In ex° Impossibile ee urbem i manus hostium nō venire:
Possibile siue facile est qd nullo aut sine magno labore,
sumptu, molestia q̄ breuissimo tempore cōfici pōt vt si dicas
ciues sic obsessos aut fuga aut morte, honestaue deditione
posse se a, seruitute vendicare: Difficile est qd magno
labore, sumptu, molestia et lōginquitate temporis fit: La-
bor vō sumptus molestia et lōginquitas temporis nō p̄se sed
collata rei de qua agitur cōsiderantur: Nam ea q̄ tolera-
re opz facilia aut difficilia p̄m h̄nda sūt ac merces et
p̄mium illis propōitur magnū paruū ve demōstratur: Igr
siue suadens siue dissuadens aliqd Principio attenden-
dum est quid fieri possit aut nō qd erū fieri nō pōt deli-
beratione caret: Deīn qd necesse sit vl nō, Necesse id est
sine quo salui aut libi ee nō possumus, Reliqs vtilitatibus
et honestatibus ap̄ponendum: preterea facilius, nā dif-
ficilia plerūq̄ Impossibili prox̄a sūt: Ceterum suasoris
erit qd vtile sit fieriq̄ possit demōstrare, Dissuasori suas
est alterum Infirmasse: Licebit vō suadendo Impossibilia

dicere difficilia, et difficilia facilia ut in exemplo si defendendam
urbem suadere vellemus aut ex natura loci aut ex insatia ho-
stium aut ex consilio nostro multa elici posset per que id quod
impossibile videbatur possibile demonstraretur: postquam vero
dicendo possibilitas aperta esset facile et fore diceretur et
vel ex re ipsa vel ex comparatione comprobatio eliceretur: Ex re
ipsa elicitur si cito sine magno labore et molestia hoc vel
illo modo fieri posse demonstretur: Ex comparatione cum dici-
mus nullum laborem nullam difficultatem fugiendam
pro libertate, omnia tristia difficilia periculosa potius patienda quam
in manus hostium se tradere: Et econtra si dehortamur faci-
le difficile, difficile impossibile dicetur: Ceterum in his
que casu necessaria aut impossibilia dicuntur nisi omnes partes commune
occupemus easque veluti continuato spiritu subijciemus audi-
torum oculis parum efficaces erimus in persuadendo; Sufficit
enim contradicenti aut loco aut tempore aut pro consilio, cautione
mendacio, pollicitatione, pactione rem facilem possi-
bilemque ostendere: Quod si non ex re ipsa sed ex adiunctione alicuius
necessitas dependeat ut si dicatur necesse est quod civitas
se dedat nisi malit fame tabescere; Aut tota causa in ad-
iunctionem transit aut utrumque consideranda est: Si in ad-
iunctionem transit satis est ipsam labefactasse: Si utrumque

se sbstinet, ubi infirmaueris qd no necesse e qd ciuitas
se dedat cu fortiter se manu defendere possit, aut con-
silio supare hostem et sigd eiusmoi afferri pot; Adiuc-
tionez si res patitur negare oportebit vel qd distributa fru-
mta habunde sint con diuternam obsidionem vel qd
alia impotari possint; Deinde dicemus pstare et fame
tabescere cu honestate in libertate qx p ignauia in ser-
uitute turpiter viuere: Sz cu dupl sit gns hominum
Indoctum alterum et agreste qd honestati semp utilita-
tem anferat; Alterum ciuile et expolitum qd rebus
oibz honestatem anponat: huic gm laus, honor, gla,
fides, iustitia oisq virtus, Alteri aut questus emolum-
tum fructusq proponatur atq et voluptas: Addan-
tur et contumelie atq ignominie, Nemo e e tam
agrestis que si ipa minus honestas, contumelia et dede-
cus magnope no moueat: Ceterum cu exigat ple-
rumq ca ut que ad potentiam ptinere diximus inco-
lumitati pferenda dicantur Caute id agi oportebit.
et que ad potentiam erunt incolumitate appellare, atq
ita ee rotibz coprobabimus, qd sine illis incolumitas
aut nullo mo aut difficulter seruari possit: Ubi vo
incolumitatem honestati pferre oportuerit, Nihil

honestum esse quod salutem non pariat asseuerabimus, virtutibus
uti non posse qui suas rationes in tuto non collocauerint: ipsos et
deos infestos esse his qui sibi pericula necemque consulto conscisceunt:
Atque ideo incolumitatem anteponendam quia nunquam sine ho-
nestate sit, honestatem sine incolumitate nomine solum
re nihil esse: qui contradicet Asseuerabit eum tute viuere qui
honeste viuat non qui in presenti sit incolumis, Eum qui tur-
piter viuat incolumem esse non posse, deos iratos habere atque
ex eo non honestatem incolumitati sed incolumitatem honestati
coniunctam esse ostendet; Deinde dolorem vel mortem si ea ti-
meatur dedecore et infamia leuiorem esse, et quae sit con-
secutura turpitudo; Preterea non esse exploratum diuturnam
fore eam incolumitatem, et ex iis nullum periculum
affuturum, immortalitatem et contemnendam cum tanta
ignominia coniunctam: Contingit et honestum honesto iterum
utile utili comparari; quod ubi acciderit danda est opera ne
utrumque honestum aut utile sed hoc honestum illud turpe hoc utile
illud inutile videatur ex partibus absolute iuriditiarie
scilicet natura, lege, consuetudine, iure communi, pacto, iudicatis; quibus
accedet coniectura per omnes circumstantias: Deinde si communem
causam videbitur, per obsistentiam utrumque aut honestum aut
utile fatebimur, et ex aliqua circumstantia aut ex plu-
ribus hoc aut illud utilius siue honestius colligetur, et locis

absolute iuridiciarie comprobabitur: In eiusmodi vero collatio- ac et ceteris
nibus non solum circumstantie considerande sunt sed attributa
et et que illas consequuntur; Cum enim de bello deliberatur non
solum considerare conveniet si melior est causa nostra quam adversarij,
si aptiori tempore nobis suscipitur, si in loco commodiori geren-
dum, si numerosioribus copijs habundamus: sed voluntas et indu-
stria, exercitatio, audacia, obedientia militum attendenda,
fides et imperatoris scientia rei bellice, fortuna, virtus, auctoritas;
preterea tum nostre tum adversarij pecunie, arma, equi, naves, nau-
te, nautarumque peritia et patientia; similiter que gens auda-
cior magis strenua et maioris animi ac constantie in suscipienda
gerendisque bellis; Atque ita comparatis rebus Animi, corporis et
externis quid utile quid utilius facile apparebit; sed taliter ea ex-
plicare conveniet ut quid facile difficile, possibile, neces-
sarium impossibile nobis aut adversario simul demonstretur:
Honesta vero utilia et commoda quatenus partito tractantur ut
si hoc fecerimus presentem laudem retinebimus et in posterum maiorem
assequamur, et que presens urget infamia delebitur et si qua immi-
nent in futurum excludetur, et eodem modo de utilitate ut pre-
sentia et futura damna evitentur commoda tum retineantur
tum in posterum augeantur: Ad extremum in omni deliberatione
id maxime observandum quod maior vis orationis in id diri-
gatur quod magis obstare videtur, ut si bellum suscipiendum

dicis cum ea que ad gerendum bellum attinent accurate prosecu-
tus fuerit, scilicet arma, equos, classem, nautas, milites, im-
peratorem. Si quid erit in quo difficultas appareat, illico expli-
cabis modum per quem facile comparari possit; Et cum hec omnia
pecuniis comparentur, earum copia et unde acquiri possint et quo
ordine demonstrare conveniet, ut nihil sit quod sententiam tuam
remorari queat; Et si nostra omnia per collationem efferre
adversarii vero deprimere oportent: In hoc genere perorationes
similiter atque in iuriditiariis tractantur per enumerationem aut
conquestionem aut Amplificationem; Nam utilitas, virtus
Laus plerumque amplificanda cum eorum gratia faciendum quod
hortamur; Calamitas et miseria preterita instans conse-
quens ante oculos per conquestionem ponenda est cum ab ea nos
liberare et ad felicitatem aliquam capessendam cohortamur:

Demonstrativum genus habet laudem et vituperationem, Laudatio est
oratio cum Amplificatione demonstrans que insunt cuique bona;
vituperatio que insunt mala: Ceterum quoniam ipsius non est
dubia confirmare sed que certa sunt aut pro certis posita
augere verbis ad voluptatem aurium accommodatis; quando
pura et simplex est demonstratio principali statu carebit
hoc est illo qui nascitur ex intentione et depulsione; quando quidem
ea in quibus nobis non contradicitur exponuntur et amplifi-

cantur magis ad mouendos animos quam ad fidem faciendam.
Quod si vel fingemus nobis aduersarium vel forte aderit
qui contra dicat, puta si Kalimacus Drusillam laudandam
asseueret et Lucillus contradicat, demonstratio a natura sua de-
cidet et in iudiciale aut deliberatiuum genus deriuabit qua
deriuatione constat constitutiones principales in demonstrationem
incidere: Accessorie vero totiens incidunt quotiens aut
demonstrator sibi in aliqua parte orationis contradictiones
fingit aut ab alio quopiam afferuntur; que cum inci-
derint non aliter absoluende sunt quam superius demonstrauimus;
huius quoque generis tot sunt partes orationis quot expresse sunt
in aliis supra; Ceterum prohemia maxime libera esse puta-
tur quippe quod longe a materia sepe ducantur et ex ali-
qua rei vicinia vt Salustius in vtroque opusculo; quod si exor-
diri cum ea voluerimus aut a nostra aut eius de quo
agitur aut ab eorum qui audiunt personam principia sumuntur:
Interdum et a materia eisdem rationibus quibus in iudiciariis
causis dicebamus: Narratio in laudandis his quorum
facta nota sunt nulla incidit, sed sola vtrum amplifi-
catione ad cognita augenda; in ignotis narratio ampli-
ficationi immiscetur; Diuisio non ea semper quam quidam
laudationis propriam putant bonorum scilicet animi, corporis,

et fortune ponenda est, sed pro rei natura tum ad fastidium re-
mouendum tum ad varietatem inducendam adhibenda
est consideratis diligenter illis ex quibus res laudanda con-
sistat, ut si laudandus orator aut poeta fuerit colliga-
mus quibus rebus ad eam facultatem peruenerit, quibus ad-
que pauciora fieri poterit redactis, si opportuerit et membro-
rum diuisionem subdemus: Confirmationis loci fluunt
ex attributis circumstantiis, qui ut facilius memoria te-
neantur ad tres reducuntur; quandoquidem omnis et laus et vitu-
peratio colligitur ex rebus que aut animo aut corpori accidunt
aut ab illis que externa sunt; Et ab animo quidem profici-
scuntur ea que consilio et ratione aguntur que continentur
quatripartita virtutis diuisione videlicet prudentia, iustitia,
fortitudine, temperantia: Corporis sunt que natura corpori
commoda vel incommoda dederit, ut robur, agilitas, pul-
critudo et similia; Externe res dicuntur que sunt in potestate
fortune et omnino extra nos sunt posite ut diuitie educatio;
parentes, magistratus et cetera de genere eodem: Confutatio
per se non incidit sed si qua ex obiectionibus emerserit locis
status sui quam breuissime absoluetur, ne aut accusare
aut defendere videamur et non demonstrare: Conclusionem
breuem facere oportet et plerumque per enumerationem, Aliquando et

p comparationem, in qua seruandum est quod aut equalem aut
maiorem dicamus illum quem laudamus, et per enuma-
tionem si commodum videbitur ut si dicentur magis quidem
alexandri rei militaris peritia, maior scipio; ille imbel-
les asiaticos hic hyspanos bellicosissimos subegit: Mo-
destia ille laudabatur quod darij uxorem ac filias ne vi-
dere quidem voluit; quam hic modestior qui vidit et abstinuit:
ceterum non solum in peroratione sed in omni parte amplificationis
per breuem comparationem ostendere licet, quam magnum quam singule
sit et diuinum: Explicatis singulis demonstratio-
nis partibus Restat ut quam sit eius in uniuersum tractatio ape-
riamus: Cum Amplificandi exornandique materia pre-
cipue in deos atque homines cadat, quamuis et animalia cetera et in-
animata plerumque laudentur, primus in dijs locus erit
maiestatis, deinde uniuscuiusque inuenta propria que utile
aliquid hominibus attulerunt ut in Ioue regendorum hominum
in Marte belli, in neptuno maris inuenta, et si qua
ab his acta antiquitas tradidit commemoranda; Addunt
et dijs honores parentes ut si quis sit filius Iouis, Addit
Antiquitas; Laudandum in quibusdam quod geniti immortales
in quibusdam quod immortalitatem virtute sunt consecuti;
In homine considerandum tempus quod ante fuit quoque ipse

vixerit: Ante hominem pria parentes maioresque erunt. Quorum
duplex tractatus aut respondisse nobilitati aut humilius
gens illustrasse quod pulchrius erit: Illa quoque attenduntur
ante ipsum que responsa vel auguria futuram promiserint cla-
ritatem: Ipsius vero hominis laus ex animo et corpore et extra po-
sitis ut dictum est peti solet: Et corporis quidem fortuitionemque
tum levior tum non uno modo tractanda: Nam et pulchritudi-
nem interdum roburque prosequimur honore verborum ut
homerus in agamenone et Achille: Interdum confert admira-
tionem multam et infirmitas ut homerus Tydea parvum
sed bellatorem fuisse dicit, Ceterum prout illis utimur
honeste, turpiter, Laudem aut vituperationem afferunt
ea que a natura proveniunt: Fortuna vero dignitatem affert
ut in regibus et principibus: nam et huius materia ostendende
virtutis uberior, In quo minores opes fuerint maiorem be-
neficiis gloriam parit: Sed ea omnia que extra nos sunt non ideo
laudantur quod habuerit quis ea sed quod his honeste sit
usus: Animi semper vera laus: Sed non una Namque alias
etatis gradus gestarumque rerum ordinem sequi speciosius
fuit post hec operum factorumque contextus: Alias in species
virtutum dividere laudem fortitudinis, Iustitie, Con
tinentie ac singulis assignare que secundum quam

3

eorum gesta fuerint: utilia vero sint aut eorum vita uti-
liora cum materia deliberabimus dum sciamus gratiam esse
audienti quod solus quis aut primus aut certe cum paucis
fecisse dicemus: Siquid preterea contra spem aut preter expectationem
precipue quod aliena potius quam sua causa egerit: Sed nec mors illius
cuius vita laudatur silenda est. Si modo quid erit animadvertendum
aut in ipso genere mortis aut in his rebus que erunt post
mortem consecute ut divini honores decreti, aut statue
publice constitute, inter que numerandum ingeniorum monumenta que
seculis probarentur: Afferunt et laudem liberi parentibus,
civitates conditoribus, instituta auctoribus: Lauda-
tio urbium eodem fere ordine tractatur: Nam pro pa-
rente est conditor; multum et auctoritatis affert vetustas
ut his qui terra dicuntur orti: et virtutes ac vitia circa res
gestas: Loci positio aut munitio, Cives ut hominibus
liberi illis decori sunt et opera in quibus honor utilitas: In-
animalibus mutis et plantis a quorum deorum hominum ve inventa
aut culta cui dedicata ut oliva palladi, equus marti,
mirtus veneri parentis locum obtinebit; quod cito cre-
scat cito fructum ferat educationi simile erit utilitas
quam ex fructu vel ex usu eius consequimur loco gestarum
rerum ponetur: In locis species et utilitas que sit inveniemus:
Species maritimis, planis, amenis; utilitas salubribus

fertilibus: Dictorum honestorum factorumque laus erit generalis et rerum omnium eiusmodi: Nam et somni et mortis scripte laudes et quorundam a medicis ciborum; que non solum circa honesti quoniam versantur sed circa utilitatem qualitatis: Plurimum autem interest ubi quicquam laudetur aut vituperetur; nam plurimum refert qui sint audientium mores, que prius susceptam persuasio; In vituperationibus a contrario idem ordo constabit: vi

Constitutio deliberatio

Constitutio sic fuerit tempus respicit ut ad preteritum retorqueri possit: Absolvitur lege; equo, bono; utili; possibili; laudabili; eventu: Et cum aut ex re aut ex lege oriatur invenitur tam iuridiciaria quam legitima: Ex re erit qui primo omnium consumpserat edendis muneribus petit magistrus vocari; Ex lege cum civitas oppugnaretur consulit quidam ut peregrini in muro constituerentur:

Si a lege oritur una vel pluribus si inciderint legitimis explicatur; Si a re, loco legis consuetudo opponitur ut rem novam petis quam nullus unquam optare ausus: Contra afferuntur inficiatio et obsistentia; non esse rem novam quippe alios multo ob res gestas novis nominibus nuncupatos; Et si et nova tante munerum et spectaculorum magnificentie deberi:

Equum et bonum una aliqua iuridicia vel pluribus comprobatur; quod si confirmare non possumus lege, equo et bono utilitate et cum laude fieri posse; dicemus per oppositum, Si nec legibus nec equo et bono neque utilitatibus aut laudibus nostris adversatur utique fiat:

Utilitas dicitur ⁊ honestum ⁊ potentia

120

honestum ⁊ so
ne ⁊ bonum ⁊ ma
dissentiu: Ad
hoc obijcitur
penny, mater
virtutis &c:
Pecuniā nō solum
adsua ꝯmenda
sed ⁊ ad alioꝝ ob-
tenda facit: ꝯ sua
resistentes ꝓpter cum
cupiā ꝓmoua

Necessariū est
casu ⁊ na:
Hāc solam
cum ⁊
Casu unde
obstā cupio

⁊ necessarium: vtile cum adest iuuat cū abest nō
plus obest: Necessarium nisi fiat calamitatem affert: Hec bipartito
in suis scis ⁊ suum discutiemus; vt si faciemus que vtum ⁊ q necessa-
ria assumimus, si nō faciemus que vsus amittemus ⁊ q necessarios
ingruent; Et vtrūq; item q tripartito, vt si faciemus cū vsu corporis
tatis ⁊ animā q sit ꝓna seruemus, nullā q affectā q sit in ꝓna ponemus,
facultatē ꝓna retinebimus ⁊ fuā ⁊; Item si nō faciemus bona ꝓna
potemus suā nō acquirem ⁊ q vsque mala augebuntur ⁊ alia ꝓ posterum sustinebimus:
Bona vō ⁊ mala Triphi Rōe ꝯsiderantur ep aīo. Corpe fortuna:
Animi scilicet ꝓ ⁊ similia virtus; Corporis Robur agilitas Sanitas ⁊ decus;
fortune diuitie magistratus nobilitas &c

Quam vile assumit ⁊ vtile ⁊ est nō est nullum hominē vtile
q sit vilius; Secundum vilitatem hostes ⁊ q opponuntur:

Possibile vilitatem trahitur nullū vile nisi possibile nec possibile nisi vile, hec
facile ⁊ difficile; Si de facili aget, docemus q ⁊ si difficile faciem; nec q facilem
difficile facientibus nō vtile ⁊ ⁊ cū obsistēt ⁊ si est ep laudem q fugiendi aut
ignauiā vitandam aut vilitatem ⁊ Possibile impune ac bello per ea que
adhuc ꝑsonis sue ceruicis, aut ꝯparis ⁊ fortune bona; Cōdicendo facile
difficile nocuit, difficile impossibile est ep duplo adhuc facientibus ⁊ obsistēt:

Laudabile facile hostium pietatem ⁊ fatuum admonemur; Nascitur ⁊ vitatur
⁊ offā; Et locus pudoris nō que vilitas tractatur, Ep fastidii ⁊ fatuum
laude aut fatuitatis aut amittenda ⁊ simul ignominia: Qd pudoris hostis
dici nō potest dustur nō turpe fatui qd facile dici nequit dicunt nō difficile:
⁊ qd vile assidui nō Et dū nō afficere; Ep duplo affirmat infinitio, vt nō debet
quis hostem ad id q nō afficere subindē ⁊ q ipsum ⁊

laudis et utilitatis postremo consideratam, Tractatione
magis quam Re differt a laudabili et utili: utile valacho opem ferre
sic enim non in podolia sed in valachia bellum erit, quod si non faciemus non
valachia sed in podolia tandem pugnabimus; Laudabile erit federatam
Tetrarcham tutari ne in servitutem deveniat, quod si negligemus liber-
tatem Regni prodere videbimur; Et per amplificationem ostendendum que
lucra quas divitias quam laudem consequimur si pro libertate in va-
lachia pugnabimus, Item quam damna ignominiam et cetera effugiemus:
Ad probationem aliorum locorum Eventus sepe adducitur sine amplifi-
catione et Complexione, hic fere cum complexione, sive vincamus
sive vincemur utile et laudabile erit valacho etc. Addeturque
quod solum decretum potest sufficere ad Terrendum hostes etc. Item si sine
nobis sive vincat sive vincatur inutile et ignominiosum nobis etc. ~ 2

120 fol.

I 121

122 IV 122



K. 120, k. czystych II.
z. 2 1951




299 a

BK 1670/2

BIBLIOTEKA KÓRNICKA PAN 2

123

INSIGNE REVERENDISS. IN CHRISTO PA-
TRIS. ET DOMINI DOMINI MATHIE
DREVICII EPISCOPI WLADISLA-
VIENSIS.



Rhetorica Philipi Callimachi
manu eius scripta. Exceptoris et
Directoris Joannis Alberti Regis
Poloniae. Consignata filijs Emilii Dni

Hic rom. de Zelazna Wscinski Dapiferi Socha:
Zenien. 2.a R. Selasko Makowski Pl. Pl. Ri.
veri amoris, studij et observantiae perpetuo pignus.